THEOLOGICARUM QUAESTIONUM, AC TRACTATIONUM OMNIUM HUCUSQUÈ À DOMINICO...

Domenico Toschi

Digitized by Google

TRACTATVS
DE
NOVI NOSTRI HOMINIS FORMALITATE
EX
DOMINICI TVSCHI
REGIENSIS CIVIS LVCVBRATIONIBVS,

Cenſuræ ſacroſanctę Matris Eccleſię humillimè ſubiectus, & commendatus, vt eius illuſtratus lumine ſanctiſſimæ valeat conſecrari veritati ad Dei Trini vnius gloriam Amen.

BONONIÆ, MDCLXIV.

Typis Iacobi Montij. Superiorum permiſſu.

Digitized by Google

Digitized by Google

PRÆFATIO.

CVM ab antiquioribus, atq; vniuerſalioribus ſoleat omnis incohari tractatio, ratio etiam exquirere videbatur, vt de veteri homine prius, quam de nouo tractaremus, tamquam de voce propria ſignificatione antiquiora deſignante: verum, cum nouus homo prius, quam vetus in ipſa extiterit natura, nouus etiam vetere ſit antiquior, & conſequenter in hac ſit præponendus tractatione ſequi videtur: nam licet nouus iſte, de quo hic in ſpecie tractatori ſumus, re vera poſt veterem illum eſſe cœperit, cum tamen iſtius nouitas ſit prioris inſtauratio nouitatis hominis illius, quem ab initio condidit Deus in iuſtitia, & ſanctitate veritatis, cuius inſtauratio colapſæ cum ſit illius reintegratio, & continuatio nouitatis *Apoſt. ad Eph. c. p. n.* 10. *c.*4. *n.* 24. de ea quoq; tamquam ad priorem ineffabili eo, quo infra dicetur myſterio, reuerſa nouitatem tractantes de antiquiori etiam verba facere dicendi ſumus, ad quod tantò magis hac ſumus adducti ratione, quia cum Deus in hunc nouum nos euexerit hominem, *Vt in bonis ambularemus operibus, quæ nobis præparauit*, vt re in illis ambulemus, *& ſancti, & immaculati ſimus in conſpectu eius in charitate* cum Deum aliter nemo videre queat *Apoſt. ad Eph. c.*2 *n.*10. *c.p. n.*4. *ad Heb. c.* 12. *num.*14.

In illis autem vt ambulare, illaq; opere complere valeamus prius, iſta quæ ſint opera bona cognoſcamus, oportet, quia bonorum agendorum operum principium, illorum eſt rectè agendorum præcognitio vera, quia noſtra ad ignota non fertur voluntas, rurſuſq; operatio tamquam eius, cuius eſt formalitatis actus, cum aliundè, quam à ſua nequeat procedere forma *Mat. c.*7. *n.*17. *&* 18. *c.* 12. *n.* 33. *Luc. c.* 6. *n.* 43. *&* 44. *Iac. c.*2. *n.* 12. *Sap. c.* 15. *n.*11. hinc manifeſtè patet, quod prius, nouus quid ſit homo, noſcamus oportet, quam iuxtà illius præexcellentiam valeamus

Digitized by Google

agere formæ, à cuius ignoratione exiſtimamus omnem ſemper effluxiſſe, ac effluere coinquinationem, & prauitatem viæ, ac vitę noſtræ, de qua veritate nos monitos eſſe volens Propheta, poſtquam *Pſal.*81. *n.*6. in ſpiritu Dei præ excellentis nouitatis noſtræ contemplaſſet celſitudinem *Pſal.* deindè 48. *n.*13. *&* 21. ſic exclamans ait: *Homo tanto cum à Deo in honore conſtitutus fuiſſet, hoc quia non intellexit,* vel potius intelligere noluit, ideo *comparatus eſt iumentis inſipientibus,* & in eorum imitandis operibus *ſimilis eſt factus illis Bar. c.* 6. *n.* 4. *Pſal.* 31. *n.* 9. *Sap. c.* 2. *n.* 12. *ut B. Iud. ſua vnica n.* 19. noſtræ nobis manifeſtius aperiens arcanũ perditionis ait: quia *putant ſe eſſe animales ſpiritũ non habentes,* ideo vt irrationabilia pecora ſtultè in corruptione viuunt, ſic viuentes pereunt, quia videlicet nouitatis ſuæ formalitatem ignorarunt *Pet.* 2. *c.* 2. *n.*12. *& ſequentibus Sap. d. c.* 2. *n.* 2. *c.* 15. *n.* 11. 12. *& ſeq.* primitiuam verò *Bar. c.* 3. *n.* 27. *&* 28. reddens rationem huiuſmodi pernicioſæ cogitationis ait: *quia ſapientiam non habuerunt, ideo perierunt propter eorum inſipientiã,* hoc eſt, quia ſcire noluerunt, periculum ergo, vt noſtræ effugiamus perditionis, quid in hac nouitate, ſimus, & naturalia quæ ſint opera formalitatis eius, inquiramus oportet, ne Dei indignationem incurramus, quoniam ſi *neminem diligit Deus, niſi qui cum eius ſapientia inhabitant Sap. c.* 7. *n.* 28. quomodo diliget eos, qui negligunt eam?

NOui noſtri rectè vt valeamus hominis inueſtigare eſſentiam, illius prius quid ſit regeneratio cognoſcamus oportet, quæ ſupereminentis illius cum ſit inſtauratio formæ, quam propter illius peccatum perdidit Adam, ob cuius amiſſionem ſtatim quoq; ille perijſſe dicitur, prout perijt verè Domino, qui numquam mentitur, mentiri nec poteſt *Apoſt. ad Tit. c. p. n.* 2. *Num. c.* 23. *n.* 19. id aſſeuerantur affirmante *Gen. c.* 2. *n.* 17. *c.* 3. *n.* 11. *Apoſt. ad Rom. c.* 5. *n.* 12. *&* 17. *c.* 6. *n.* 23. *ad Eph. c.* 2. *n.* 1. *&* 3. *c.* 4. *n.* 24 propterea ex eo quoq; qui nati ſunt, ex mortui tamquam ſemine nati, mortui & ipſi eſſe dicuntur *Mat. c.*8. *n.*22. *Luc. c.* 9. *n.* 60. *Io. c.* 5. *n.*24. *&* 25. *Apoſt. locis ſupracitatis,* quia formatum ſua amiſſa forma, eam quoq; illicò, quam virtute poſſidebat formæ, amittit formalitatem, quæ formati dicitur, & eſt eſſentia vera, nam ſi per ſuſceptionem formæ formatum formale ſuum recipit eſſe, per illius quoq; amiſſionem illud amittat, conſequens eſt, quia re for-

Digitized by Google

matum ſine forma eſſe non poteſt, illam ergo ſi per peccatum perdidit Adam, illam ſuis relinqueret poſteris impoſſibile fuit, quia alijs dare nemo poteſt, quod ipſe non habet *l. traditio ff. de acq; rer. dom.* etſi in hac creata natura à priuatione ad habitum nullus datur regreſſus, ad eum habitum, ad quem ſe ipſum natura reponere non potuit, eius repoſuerit filios fruſtra proponi diceretur, cum, qui ſibi natura opitulari non poteſt, alijs nec poſſit, conſequens ſit *Eccleſ. c. 8. n. 8. Sap. c. 16. n. 14. Eccl. c. 38. n. 22.* etſi huiuſmodi forma noſtræ eſt ſupra naturæ vires, ad eam homo, qui naturæ ſubiectus eſt, manum à ſe ipſo mittat, impoſſibile eſt, quia, quæ Dei ſunt, ſine Deo haberi non poſſunt *Apoſt. p. ad Cor. c. 2. n. 11. Iſa. c. 64. n. 4.* huiuſmodi propterea amiſſio formæ à ſpiritu Dei fractura natura inſanabilis appellata fuit. *Ier. c. 13. n. 23. c. 30. n. 12. Eccl. c. 21. n. 4.* quia per eam natura peccatores facti ſumus, & filij iræ, ac diaboli euaſimus *Iob c. 13. n. 4. Pſal. 50. n. 7. Act. Apoſt. c. 10. n. 15. Apoſt. ad Eph. d. c. 2. n. 3.* per peccatum ergo ſicut dictam euacuantes formam, qui fueramus eſſe deſierimus, & quoad priorem formalitatem in nihilũ redacti fuerimus, quia, à forma qui defuit, ab eſſe ad non eſſe tranſijt, ad quam rurſus per Christum inſtaurati ab non eſſe ad eſſe reſtituti, ac viuificati fuimus. *Io. d. c. 5. num. 25. Apoſt. ad Rom. c. 11. num. 15. Ad Eph. c. p. num. 10. Eſth. c. 14. num. 11.* Deus propterea in ſuam nos aduocans fidem vocaſſe dicitur, vt eſſent ea, quæ non erant *Apoſt. ad Rom. c. 4. n. 7.* ideſt vt ab non eſſe ad eſſe reuerteremur, quia per eum ad vitam reſurrecti ſumus. Verum ſi Adam poſt peccatum circiter noningenta triginta vixit annos *Gen. c. 5. n. 5.* per peccatum non fuerit mortuus dici poſſe videtur: etſi per peccatũ verè iam mortuus erat, per dictum curriculum annorum non vixerit etiam dici poſſe videtur, quia vita, & mors cum ſint ſibi ex aduerſo contraria *Eccl. c. 33. n. 15.* ſe ſe quoq; impugnantes inuicem tollant, neceſſe eſt, quia re vera ſimul ſtare non poſſunt, indè etiam neceſſariò ſequi dicitur, quod viuus qui eſt, mortuus eſſe nõ poſſit: & mortuus qui eſt, adhuc viuat impoſſibile ſit: verum cum ſcriptura dicat: Quod mortuus erat, mortuus fuerit negari non debet, nec poteſt: cumq; etiam dicat: Quod vixerit, vixerit etiam negandum non eſt, quia diuinum omne verbum infallibilis eſt, & indubitata veritas, quæ ſolui nullo modo poteſt *Iſa. c. 24. n. 16. Io. c. 17. n. 17. c. 10. n. 35.*

Ad

Digitized by Google

Ad hanc ideò apparentem de medio tollendam contradictionem pro certo habendum eſt, prout re ipſa certum eſt, quod in homine plura poſſint vitæ, & mortis genera dari idipſum ſacra pro indubitato nobis ſupponente ſcriptura c dum *Pſal.62. n.4.* ait: Quod *diuina miſericordia ſuper eas* (quas videlicet nos habere poſſumus) *ſit melior vitas*, alias pluralis iſte ad nos fruſtra fieret ſermo. Etſi dum in hac adhuc præſenti vita ſumus, renaſcamur oportet *Io. c.3. n.* 7. nouam quoq; renaſcentes acquiramus vitam conſequens eſt, alias renaſci diceremur fruſtra, cum in hoc re renaſcamur, vt eam, ad quam renati ſumus, verè viuamus vitam *Iob c.3. n.*11. *&* 20. Generum autem vitæ data pluralitate eorum exaduerſo correſpondentium detur pluralitas generum mortis, conſequens eſt, quia vnumquodq; à ſuo exaduerſo in natura oppugnatur contrario *Eccl. d. c.33. n.* 15. In vno autem ſi ſubiecto poteſt dari pluralitas vitarum, vitaq; ab ipſa agendi procedit, & pendet potentia ſe in ipſo, ac ipſum ſic mouente, agente, viuente, ac viuere faciente ſubiectum ipſius tamquam motus, actus, ac vitę naturali principio, & fonte, à quo huiuſmodi motus, & actus non procedant fieri non poteſt, quoniam illius naturales ſunt proceſſiones, quæ in eſſe formali cum ſua potentia vnum ſunt ſubſtantia tantum, quia ſicut detur actus, & vita ea abſq; potentia, à qua naturaliter procedit, & pendet, impoſſibile eſt, ſic potentia formaliter agens detur illius abſq; naturali actu pariter impoſſibile eſt: hinc neceſſario ſequitur, quod ſicut actus vitæ ab alia nulla, quam ab ea, cuius ille naturalis eſt actus vitæ, poteſt procedere potentia: nullum ſic alium poteſt potentia vitæ producere actum, quã illum, cuius eſt illa naturalis potentia, quia non poſſunt de tribulis naſci ficus, nec de rubo vindemiari vuæ, quia qualis arbor, talis eſt fructus eius, & qualis eſt potentia talis eius eſt actus *Mat. c. 7. n 16. &* 18. *Luc. c.6. n.43. &* 44. *Iac. c.3. n.*12. idcirco ſi in nobis iuxta præcitatam *Proph. auctoritatem d. Pſal. 62. n. 4.* plura vitæ dantur genera, plures etiam dentur potentiæ, à quibus huiuſmodi vitæ procedant actus, dicendum eſſe videtur, quia ſicut potentia quęlibet à cæteris alijs eſt natura diſtincta potentijs, illarum ſic vniuſcuiuſq; actus ab aliarum ſint diſtincti actibus potentiarum ipſa poſtulat ratio, actus propterea eius dicitur eſſe index potentiæ, cuius eſt ipſe naturalis actus *ſupra alleg. Mat. & Luc. & Iacob. textibus.* Cæterum indubitatum eſt, quod agendi potentia

vnita-

vnitatis noſtræ ex duobus conſtitutæ ſubſtantijs carnali nempè, & ſpirituali noſtra eſt libera voluntas, quæ ex eius liberi arbitrij libertate in eam, in quam mauult poteſt inclinare partem, ſiue ſecundū ipſammet intellectus, cuius ipſa licet diſtincta, & cognita, indiuiſa tamen pars eſt, agendo, & viuendo veritatem' rectam inſtituere, & viuere vitam: ſiuè conſentiendo, vel permittendo, quod caro ſibi in vnitate adhærens ſecundum ſuam propriam agat, & viuat appetitionem, ſeù concupiſcentiam, quæ ipſius priuata dicitur potentia carnis, propterea illa voluntas dicitur eſſe carnis ad differentiam noſtræ intellectiuæ voluntatis *Apoſt. ad Eph. c.2. n.3.* quia illa re vera non in mentis, ſed in ipſius eſt carnis inſita ſubſtantia, nec eæ, quæ ab ipſa effluunt venereæ voluptates ſunt mentis noſtræ, quia mens noſtra, quæ ſpiritualis eſt, nō coit, in idq; nec pruritū habet, ſed proprij, & naturales ſunt carnis actus, quos qui exercent, carnales dicuntur *Apoſt. ad Rom. c.8. n.4. 5.6. 7. 8.* quia cum anima noſtra à Deo libera cōſtituta fuerit, in eius liberi arbitrij libertate, ſi vult, poteſt non per ſemet, ſed per ipſam ſibi adiacentem agere carnem ſuas illi quodamodo committendo vices, & liberam ei permittendo agendi libertatem ipſius carnis ſemet ipſam ſubijciendo actibus *Apoſt. ad Gal. c.5. n.13. 17. & 19. ad Rom. c.6. n 12. c.7. n. 23. & 25.* nam *cui ad obediendum noſmet exhibemus eius ſerui ſumus, ſiue carni ad peccatum, & peccato ad mortem, quia per carnem peccamus, & per peccatum morimur, ſiuè Deo ad vitam per iuſtitiam, quia per iuſtitiam Deo viuimus Apoſt. ad Rom. c.6. n. 16. 20. 21. & 22. c.8. n. 6. 7. 8. Pet. 2. c.2. n.19. Io. c.8 n.34.* Cum igitur non caro, ſed mens cuiuſq; hominis recta cuiuſq; ſit agendi potentia, prout de noſtri intellectus libertate iam demonſtratum fuit, ſic rectus mentis actus recti recta erit hominis forma, quia non nuda potentia, ſed rectæ recto potentiæ actu recti efficimur homines prout rectos nos fecit, & eſſe voluit Deus. *Eccleſ. c.7. n.30. c.9. n.10. Eccl. c.33. n. 23. c.31. n.10. c.17. n.16. Habac. c.2. n.4. Io. c.8. n.39. c.9. n.4. c.15. n.8. 16.* quod vt magis nobis inoteſcat, nuda quid ſit potentia declaremus oportet, nuda igitur ex eo dicitur potentia, quia naturalium eius præſentiā actuum, quos intra ſe latentes natura continere dicitur non agendo à ſe ipſo excludit facto, quam ſic non agendo excludens actualem quoq; propriæ à ſe dicitur excludere præſentiam formæ, quia forma naturalium actualis eſt ab ipſa potentia edu-

ctio

Digitized by Google

ctio actuum, quibus ab ea non eductis forma tunc in ipſa dicitur latere potentia: ijs verò re ab ea eductis è conuerſo potentia in ipſa dicitur latere forma, idcirco nuda potentia latentem in ſe dicitur habere formam, & forma viceuerſa in ſe latentem habere potentiam. His ſic breuiter declaratis noſtra ſi voluntas, cuius virtus ipſa eſt agendi libertas, quam nos arbitrium appellamus, noſtra tamquam libera agendi potentia naturales eius à ſemet ipſa eduxerit actus, ideſt ſecundum elicitam ab intellectu, ex cuius eſt illa ſubſtantia, agendo operetur veritatem, cum tunc ſecundũ formam ei à Deo inditam rectum ex ſe emittat opus, eius etiam nos propria induens forma rectos nos facit eſſe homines. *Eccl. c.15. n.14. c.17. n.6. c.33. n.23. c.16. n 15. n.14. n.21. Eccleſ. c.12. n. 13.* ſic facti ex huiuſmodi recta operatione laudem mereremur, quia cum potuiſſemus carni noſtræ noſtræ actus cõmittendo vitæ peruersè agendo mala facere, & ſpontanæè non modo non fecerimus ea, ſed à mente noſtra noſtræ actus eliciendo vitæ rectè agendo bona facere, & ſpontanæè feciſſemus ea, quod facere ipſa recti eſt hominis forma à Deo nobis indita, vt per eam rectos noſmet exhiberemus homines, exhibentes gloriam conſequi valeremus, quia nobis non dedit Deus libertatem poſſendi mala facere, vt faceremus ea, ſed vt cum potuiſſemus illa facere, ſpontanæè oppoſitum facientes eſſet nobis æterna gloria. *Eccl. c. 31. n. 10.* Recti conſequenter ſi homines eſſe voluerimus, erimus: ſi noluerimus, non erimus, quia poſuit Deus conſilium oris noſtri in manu noſtra, vt ſi vitam voluerimus, vitam habeamus, ſi mortem, moriamur *Eccl. c. 15. n. 14. & 18. Gen. c. 2. n. 17.* non propter hoc tamen dicimus, quod praui operis operatione noſtra noſtram ſpiritus & carnis ſoluamus compoſiti vnitatem, quia, eam qui colligauit, eam ſolus ſoluere poteſt, quoniam illius ſolus eſt Dominus. *Sap. c. 16. n. 13.* ſed benè dicimus, quod ſi per rectum mentis ratiocinium, quod lex mentis dicitur, operati fuerimus homines, & liberi erimus: ſi ſecundum ipſam carnis concupiſcentiam, quę lex carnis dicitur, homines non recti, ſed animales: non liberi, ſed ſerui, non ſecundum formalitatem noſtram viuentes, ſed mortui erimus, quia *prudentia ſpiritus eſt vita, prudentia autem carnis mors eſt. Apoſt. p. ad Cor. c.2. n.11. & 14. ad Rom. c.8. n.5.6. & 13. c.6. n. 16.* Diuinæ autem ſi libertati noſtra adhærens libertas eius ſe ſupremæ per omnia ſubiecerit libertati, noſtra tunc

magis

Digitized by Google

magis libera euadet libertas, quia per eam in ſublimiorem attrahetur libertatis gradum, ſic autem euecta cum noſtra ſit propria, vt diximus, illa agendi potentia, & potentia, quò ſublimior eſt, in ſublimiorem quoq; ſe excitet formam, neceſſe ſit, quò autem ſublimior forma eò ſublimius ſit formatum, conſequens eſt, per noſtri conſequenter ſpiritus adhæſionem ſpiritui diuino, cuius eſt propria libertas, in euectiorem transformemur hominem ipſa poſtulat ratio *Reg.p. c.10.n.6. & 9. Apoſt.2. ad Cor. c.5.n.17. & 18. c.3.n.17. ad Gal. c.4.n.30. & 31.* quia in manu Dei ſumus, tamquam lutum in manu figuli, qui ex vaſe vno poteſt facere vas alterum, ſicut ei placet, *Ier. c.18. n.6. Eccl.c.33.n.13. & 14.* E contra verò ſi carni noſtræ noſtram ſubiugauerimus libertatem non amplius liberi, ſed ſerui, non recti, ſed homines animales erimus. *Apoſt. ad Rom. d. c. 6. n. 16. ad Gal. c. 5. n. 13. Io. c. 8. n.34. Pet.2. c. 2. n. 19.* a carnis enim actibus formam ſuſcipientes in animales transformamur homines *Dan. c. 4. n. 30. 31. & 33. Apoſt. p. ad Cor. c.2. n.14. Pſal.31.n.9.* quia in factis illorum ſimiles efficimur illis *Pſal.113. n. 8. ſecundi Bar. c.6. n.4.* vt ſuo latius dicetur loco. Ad dilucidiorem autem formalitatis noui noſtri hominis, adoptiuæq; filiationis noſtræ vt deuenire valeamus cognitionem, ex quo illa poſt primorum parentum noſtrorum lapſum emerſerit fonte, ediſcamus oportet, & à Diuina re vera emerſiſſe promiſſione à ſacris erudimur literis. *Gen. c. 16. n. 3. & 15.* iunctis eiuſdem *Gen. c.17. n.16. 19. & 21. c.21. n.2. 3. 10. & 11. c.22. n. 16. 17. & 18. Iſa. c.51. n.2. c.53. n.1. & 10. Apoſt. ad Gal. c. 4. n.28.* quia ſibi ſic complacuit Deus. *Luc. c. 12. n. 32.* ex quo ſequitur, quod non omnes, qui ſunt ex Iſrael, Iſraelitæ ſint, & filij Dei, quia re non ex carnis, alicuiuſue ſunt viri voluntate *Io. c. p. n. 13. c. 8. n.37. 39. 42. & 44. Apoſt. ad Rom. c.9. n.6. 7. 8. & 9. c. 10. n.12. ad Gal. c.3. n. 6. c. 4. n. 23. 28. & 29. ad Eph. c. 15. n. 9. Mat. c. 3. n.9. Luc. c.3. n.8. Ezech. c. 33. n.24. 25. 31. & 32. Oſe. c. p. n. 10. c.2. n.23. & 24.* ſed ex mera Dei promiſſione, & pura eius voluntate. *Gen. d. c.21. n.12. c.22. n.16. 17. & 18. Apoſt. d. ad Rom. c.9. n.9. ad Gal. d. c.4. n.28. & 29. ad Heb. c.11. n.17. & 19.* Iſtam autem inuenimus factam fuiſſe promiſſionem Abrahæ, & ſemini eius, qui Iſaac naturalem filium ſuum Deo ſacrificare non eſt veritus, vt diuina fides in ſibi promiſſo ſtabiliretur ſemine, quod ipſe fuit Chriſtus, qui ſe ipſum Deo Patri voluntarie in holocauſtum

offerens noſtræ verum extitit fundamentum fidei. *Apoſt. ad Gal. d. c.3. n.15. & 16. Reg. 2. c.7. n. 12. & ſeq. vſq; ad 20. Pſal. 88. n.5.25.27.28. 30. 34. 35. 36. 37. & 39. Iſa. c.53. per totum c.54. n.17.* Chriſtus ideo filius dicitur Abrahæ, quia ei promiſſum fuit à Deo, quod de fructu lumborum eius naſciturus eſſet, & quod in eo tamquam promiſſiuo ſemine omnes eſſent benedicendæ gentes *Gen. d. c.22. n.18. Pſal.71. n.17. Mat. c. p. n. p. Luc. c.3. n. 34.* Non in naturali igitur ſemine, quod fuit Iſaac, velut typo, ſed in promiſſiuo, quod fuit Chriſtus, velut figurato ſecundum diuinum reſponſum omnes benedicendæ erant nationes terræ, in quo qui benedictus fuiſſet, in Domino quoq; benediceretur. Amen. *Ad Gal. d. c. 3. n.16. Gen. d. c.22. n.18. d. Pſal.71. n.17. Iſa.c.65. n.15. & 16. Io. c.3. n.33. Eccl. c.4. n. 14.* Non ergo per naturale Abrahæ ſemen, quod in carne fuit prius, ſed per promiſſiuum, quod erat prius, & in carne poſterius fuit, diuina ad exitum huiuſmodi perducta fuit promiſſio, quæ cum ipſi fuerit facta, prout verè facta fuit D. N. Ieſu Chriſto, noſtra conſequenter quoq; ab ipſo initium, & eſſe ſumpſerit, oportet, filiatio, cuius in nobis actuale initium ipſum eſt D. N. Ieſu Chriſti verbum, ex quo eius tamquam incorruptibili ſemine iſtud in nobis, velut generationis huiuſmodi conceptus, effingitur, & formatur filiationis initium, in quo poſita eſſe dicitur, & eſt verè realis huius ad complementum perducendæ filiationis potentia *Apoſt. ad Rom. c. 10. n. 17. Iac. c. p. n.18. Pet. p. c. p. n.23. & 25. Mar. c.4. n.14. Luc. c.8. n.11. Io. c. p. n.12. c.3. n.33.* Nam ſi *ſine fide eſt impoſſibile placere Deo Apoſt. ad Rom. c.11. n.6.* & fides eſt Ieſu Chriſti credere verbo ex Dei æterna præordinatione *Apoſt. ad Rom. d. c.10. n.17. ad Heb. c. 4. n. 2.* ex neceſſario etiam antecedenti antequam re Dei efficiamur filij ipſi credamus Ieſu Chriſti verbo, neceſſe eſt, ex expreſſiſſimo Dei decreto, cui ad Deum accedens credat oportet. *Deut. c. 18. n. 18. & 19. Apoſt. p. ad Cor. c. p. n. 21. ad Rom. d. c.10. n.17. ad Heb. c.4. n.2. c.11. n.6. Pet. p. c.2. n.6. & 7. Pſal. 117. n.22. Mat. c.21. n.42. Luc. c.20. n.17. Act. Apoſt. c.4. n.11. Io. c. 3. n. 12. 32. 33. & 36. c.5. n.24. c.10. n.9. c.14. n.6.*

1 Dei propterea dicuntur eſſe filij ab eo voluntariè verbo veritatis geniti, quæ veritas ipſe eſt Chriſtus *Iac. d. c. p. n. 18. Io. d. c.14. n. 6. Pet. p. d. c. p. n. 23.*

2 Ecce ergò, quod verbo credere Dei, ad diuinam perficiendam filia-

Digitized by Google

171

filiationem ex diuina eſt ordinatione præambulum quoddam initium ex parte noſtra adimplendum, in quo poteſtas diuina virtute latet deducendi dictam filiationem ad abſolutam illius perfectionem *Act. Apoſt. c. 8. n. 36. & 37. Apoſt. p. ad Cor. d. c. p. n. 21. ad Rom. d. c. 10. n. 17. ad Heb. c. 4. n. 2. Io. d. c. p. n. 12. c. 14. n. 6. c. 5. n. 36. & 46. Deut. c. 18. n. 18. & 19. Iac. d. c. p. n. 18.* Proptereà B. Ioannes Euangeliſta *d. c. p. n. 12.* dixit: *Quotquot autem receperunt eum, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri* (& ſe ipſum dilucidius declarans, ait:) *his*, videlicet, *qui credunt in nomine eius*: formaliter autem, vt hi, quibus eius credentibus verbo filios Dei fieri eſt data poteſtas, ad illius abſolutionis perueniant complementum, & filij Dei re ipſa fiant, denuò naſcantur oportet. *Io. c. 3. n. 3. & 7.* Noua autem huiuſmodi renatio, per quam completè filij efficimur Dei non vtiq; carnalis eſt, ſed ſpiritualis, ex ſpiritu igitur, vt filij Dei efficiamur, naſcamur oportet, quia ſicut carne carnalia, ſic ſpiritu ſpiritualia comparantur *Io. c. 3. n. 6. Apoſt. p. ad Cor. c. 2. n. 13.* hac igitur vt ſpirituali naſcamur renatione, ex Dei ſpiritu naſcamur, neceſſe eſt, ex quo per ſanctiſſimi ſacramenti Baptiſmatis naſcimur receptionem, ſine quo filij Dei, & ſalui eſſe non poſſumus *Io. d. c. 3. n. 5. Mat. c. 28. n. 19. Mar. c. 16. n. 16. Apoſt. ad Gal. c. 3. n. 14. 27. & 28. ad Heb. d. c. 11. n. 6.* Ecce ergò, quod quis antequam baptizetur, credat oportet, vt aliquod Dei creaturæ initium fiat, adulti quidem per ſemet ipſos *Act. Apoſt. c. 2. n. 41. & d. c. 8. n. 37. Apoſt. ad Heb. d. c. 11. n. 6.* Infantes verò in fide parentum illorum naturalium præſtita nomine dictorum infantium per eorum patres ſpirituales ad fontem baptiſmalem eos ſubleuantes, proptereà *d. Mar. c. 16. n. 16.* copulatiuè ſcriptum eſt: *qui crediderit, & baptizatus fuerit, hic ſaluus erit:* è contrà verò, *qui non crediderit, condemnabitur*, quia non credens neq; baptizari poteſt, neq; ipſi placere Deo, ideo cum reliquis incredulis ſub ira manet, & iam iudicatus eſt *Io. d. c. 3. n. 18. & 36. c. 8. n. 24. c. 16. n. 9. Apoſt. ad Heb. d. c. 11. n. 6.* Hoc autem ſacroſanctum Baptiſma tribus hiſce accipitur modis: aqua videlicet, ſanguine, & ſpiritu, ſeu ignè, quia hi tres vnum ſunt *Io. p. c. 5. n. 8. Mat. c. 2. n. 16. c. 3. n. 11. Mar. c. p. n. 8. Luc. c. 3. n. 16. c. 24. n. 49.* ex Dei autem ſpiritu quis naſci dicitur per ipſum baptiſma, quia in ipſa baptiſmatis abſolutione ipſe baptizatus in ſe ſanctum Dei recipit ſpiritum, licet non ita viſibiliter, vt olim fiebat ipſa naſcente

Digitized by Google

Eccleſia *Act. Apoſt. c.2. n.38. c.19. n.2. 3. 4. 5. & 6.* illum autem ſic ſuſcipientes ei adhærere dicuntur, adhærentes autem ei, cum eo vnum fieri dicuntur, ac fiunt verè *Apoſt. p. ad Cor. c.6. n.17. Io. c.17. n.20. 21. & 26.* vnum autem cum eo facti non in carne ſunt amplius, ſed in ſpiritu, quia *quod ex carne naſcitur, caro eſt verè, quod autem ex ſpiritu, eſt etiam ſpiritus verè, Apoſt. ad Rom. c. 8. n.9. Io. d. c.3. n.6.*

Si ergò ſinè hoc creaturæ Dei initio, quod ipſa eſt Diuini acceptatio verbi, quam fidem appellamus *Iac. d. c. p. n. 18. Apoſt. ad Heb. dd. c.4. n.2. c.11. n.6. Io. d. c.3. n.33.*

Et ſimiliter ſine ipſo Chriſti ſpiritu noui homines, & filij Dei eſſe non poſſumus. *Apoſt. ad Rom. d. c. 8. n. 9. ſacroſancta Triden. Synod. ſeſſ.6. de Iuſt. can. 11.* conſequens eſt etiam, vt vterq; ſimul vnum noſtræ ſit diuinæ filiationis adoptiuæ eſſe formale veros nos Dei conſtituens filios, quod qui habent, Chriſti ſunt *Apoſt. ad Rom. d. c.8. n.9.* Chriſti autem ſi ſunt, ſemen etiam ſunt Abrahæ, & ſecundum promiſſionem filij, & hæredes ſint, conſequens eſt. *Apoſt. ad Gal. c.3. n. 29. c. 4. n. 29. ad Eph. c. 2. n. 18.* fœdus propterea, quod Deus Pater cum his, qui ſemen erant exituri D. N. Ieſu Chriſti eius filij, pepigiſſe dicitur, & pepigit verè *Iſa. c. 43. n.5. c.44. n.3. Pſal. 88. n.30. & 37.* ita ſe habent: *quod idem ſpiritus, in Chriſto qui erat, & verba eadem, quæ in ore eius à patre poſita fuerunt, ſicut de ore eius nunquã receſſerunt, nec recedent, ſic nec de ore ſeminis eius, neq; de ore ſeminis ſeminis eius amodò, & vſq; in ſempiternũ Iſa. c.59. n.21.* Horum igitur ſi neutrũ ab ore eorum, vt verè filij ſint, vnquam recedat, oportet, horum conſequenter vtrumq; vt filij ſint, mutuò in ipſis, & ipſi in illis perpetuò permaneant, neceſſe eſt. Mutua ergò quoq; ſpiritus Chriſti, & verborum eius in nobis, & noſtri in eo, & in verbis eius perpetua permanſio eſt illud, quod ſcire quærimus, diuinæ filiationis adoptiuæ eſſe formale *Iſa. c.44. n.3. Ezech. c.11. n.19. 20. c.36. n.26. & 27. c. 39. n. 29. Ioel. c. 2. n.28. & 29. Mat. c.3. n.11. Io. c.7. n.39. c. 15. n. 6. & 7. Apoſt. p. ad Cor. c.3. n.17. c.6. n.19. ad eoſdem c. 6. n. 16. ad Gal. c.4. n. 6. ad Eph. c.2. n. 18. c. 4. n. 3. 4.* Dominus propterea noſter Ieſus Chriſtus *Mat. c.12. n.30. Luc. c.11. n. 23.* ait: *Qui mecum non eſt, contra me eſt: & qui mecum non colligit,* & congregat, diſpergit, quia verè ſine eius ſpiritu Dei non poſſumus eſſe filij. *Apoſt. ad Rom. d. c.8. n.9. 2. ad Cor. c.13. n.5. Iſa. c.54. n.17.* neq; ſine permanſione

verbo-

Digitized by Google

verborum eius in nobis, & noſtri in verbis eius *Io. c. 5. n. 38. c. 8. nú. 31. 37. 47. 51. & 52. & d. c. 15. nu. 7. Apoſt. ad Heb. c. 3. n. 8. & 12. c. 12. n. 25. Iſa. c. 59. n. 21.* noſtræ conſequenter adoptiuæ filiationis eſſe formale ipſa eſt vnio, ſeu conglutinatio diuini ſpiritus cum ſpiritu noſtro, & noſtri cum ſpiritu diuino, per quam amborum ſpiritus inuicem ſic adhærentes vnus factus, Dei dicimur eſſe filij, ac ſumus verè non natura quidem, ſed adoptione, vt infra dicetur *Apoſt. ad Rom. d. c. 8. n. 14. 15. 16. 23. & 29. P. ad Cor. c. 6. n. 17. c. 12. n. 13. c. 13. n. 2. 3. & 4. & c. 2. n. 12. c. 3. n. 16. & 17. ad Eph. c. 4. n. 3. & 4. ad Gal. c. 4. n. 6. Io. p. c. 3. n. 1. 2. 3. 24. c. 4. n. 8. 15. 16. c. 5. n. 12.* quæ cum ita ſe habeant, neceſſariò etiam ſequi videtur, quod ſpiritus Chriſti noſtro ſic, vt ſupra, adhærens ſpiritui, noſtri ſit etiam eſſendi filij, vt diximus, potentia, principium, & forma, ſi autem eſt eſſendi, ſit & agendi quoq; ipſa poſtulat ratio, quia in potentijs per ſe ſe mouentibus, & agentibus, ſicut illarum vnaquæq; in ſe ipſa per ſe conſtans in eſſendo, ſui in ſemet ipſa internum dicitur eſſe, & eſt verè eſſendi principium, ſic & illa eadem in ſemet ipſa ad agendum per ſe ſe mouens in agendo ſui in ſemet ipſa internum dicitur eſſe, ac eſt vere agendi principium, ſi ergo vnaquæq; illarum eiuſmodi eſt in ſemet ipſa, ſic & in alijs, in quibus pro forma inſit, exiſtat oportet, quia nil aliud eſt forma, quam ipſa inexiſtentis potentiæ exuſcitatio ad proprium ſuum, & naturalem emittendum actum, nam & ſpiritus intellectiuus noſter in eſſendo ſimiliter noſtra in nobis eſt interna homines eſſendi potentia, & principium, quia non caro, quam cum cæteris communem habemus animantibus, eſt illa, quæ nos homines eſſe facit, ſed ſpiritus eſt intellectiuus, qui in homine exiſtens illum hominem eſſe facit, *Apoſt.* propterea *2. ad Cor. c. 12. n. 2.* dixit: *ſcio hominem neſcio an in corpore, an extra corpus:* non corpus ergo, ſed ſpiritus intellectiuus, qui in humano hoc ineſt corpore noſtro, eſt homo verè, quia ille verè, non autem hæc caro noſtra eſt illa, quæ nos homines eſſe facit, quod ab ethnicis etiam fuit cognitum, & approbatum. *Macr. de ſomno Scip. in prin.* introducentis Africanum ſic alloquentem: *Is non eſt homo verè, quem extrinſeca hæc, quæ digito poteſt demonſtrari figura,* (hoc videlicet ſenſibile corpus, quod digito poteſt indicari) *ſed mens cuiuſq;* ideſt ſpiritus intellectiuus in eodem corpore exiſtens, *eſt homo quiſq;* ille idem ſic in ſemet ipſo ad agendum in nobis ſe

mo-

mouens, & agens nos quoq; mouet, & agit, ſic autem nos mouens, & agens in nobis quoq; dicitur eſſe, & eſt verè interna noſtra agendi potentia principium, & forma *Apoſt. p. ad Cor. c. 2. n. 11. Sap. c. 15. n. 11. Zach. c. 12. n. p. Iob c. 32. n.* 8. Ita & ſpiritus Chriſti, ſine quo noui homines, vt ſuperius demonſtratum fuit, eſſe non poſſumus, ſicut in exiſtendo, ſeu eſſendo in nobis, quoad nouitatem noſtram, noui noſtri eſt eſſendi hominis potentia, & principium, ſic etiam & agendi ſit, conſequens eſt, ſciens propterea, quod vlla ſine difficultate, ac in paucis perſuaderemur, quod ipſe noſtrum eſſet eſſendi noui hominis principium, vt ex eo etiam deducere valeremus, quod noſtrum pariter & ipſe eſſet agendi principium, hac nos erudiri voluit illatione, quam *Io. c. 15. n. 4. & 5.* ſic formando figurat dicens: *Manete in me, & ego in vobis,* quaſi diceret ſi mutua mei in vobis, & veſtri in me permanſio noui eſt veſtri hominis informatio, in qua ego tamquam illius verum interſum eſſendi principium, ſicut ſine me veſtro eſſendi principio huiuſmodi eſſe non poteſtis, ſic ex conſequenti quoq; neceſſario ab ipſa principij identitate deſumpto *ſine me etiam nihil agere poteſtis,* quia per illud idem, per quod, ſeu quo ſumus, per illud idemmet agimus principium, quia vnum verè ſunt ſubſtantia tantum, licet diuerſis reſpectibus ab effectuum illius in nobis operatorum diuerſitate deſumptis conſideratum, diuerſis quoq; appelletur nominibus: eſſendi ideo dicitur principium, quia ab eo noſtrum ſumimus eſſe formale, ſine quo huiuſmodi eſſe non poſſemus: agendi verò dicitur principium, quia ab eo omnes formalitatis noſtræ actuum deſumimus motus, quos ſine eo non ederemus, edere nec valeremus, quia eſſe, & agere ab eo, vno tamquã principio in nobis exiſtente, & agente procedit, & pendet, ita vt horum diuerſitate nominum diuerſitatem potius effectuum vnius principij, quam ipſorum diuerſitatem cognoſcamus principiorũ. His igitur modis Chriſti contemplantes ſpiritum, ſicut ille in exiſtendo, ſeu eſſendo in nobis, tamquam ab eo informatis, nobis dat nouos in eo eſſe homines, ſic in agendo eos nobis dat edere actus, quos in nobis ipſe agendo edit, quorum actuum effluxus, & ſeries vita dicitur, quia vita verè aliud nihil eſt, quam ipſe viuendi actus, quem viuere appellamus, Chriſtus ergo ipſe ipſa cum ſit vita *Io. c. p. n. 4. & ſua P. c. 5. n. 11. & 18.* in ſe ipſo etiam naturaliter ſe moueat, & agat, conſequens eſt, in ſe ipſo autem ſe ſic naturaliter

liter mouens, & agens eos quoq; in quibus eorum tanquam eſſendi, & agendi ineſt principium, & forma, agat, & moueat, etiam conſequens eſt; eos autem mouens, & agens illos quoque agere, & viuere faciat, pariter conſequens eſt, eos autem agere, & viuere faciens eorum ſit vita, neceſſe eſt, prout eſt verè *Io. p. d. c.5. n. 12. & 18. Apoſt. ad Coloſ. c.3. n.4. Chriſti conſequenter qui in ſe ſpiritum habet, vitam habet, cum in ſe qui non habet, vitam non habeat, conſequens eſt Io. p. d. c.5. n. 12. Apoſt. ad Rom. d. c.8. n.9.* quem motiuum, & actiuum effluxum, & ſeriem ab ipſo ſic, vt ſupra, procedentem, & pendentem, & nos filios Dei eſſe facientem contemplans. *Apoſt. ad Rom. d. c.8. n.14.* ex iis inferendo ait: *ergo eos filios eſſe Dei arbitror, qui ſpiritu Dei aguntur*, ſi autem ab eo ad agendum aguntur, & actus huiuſmodi ſunt vita verè, qui etiam ab eo ſic acti agunt, per eum viuant, conſequens eſt, quemadmodum, vt per eum viuamus nobis à Patre datus fuit *Io. p. c.4. n.9.* vt ergo in ipſo per ipſum verè viuamus, non priuatam noſtram, ſed eam, quam nobis dat viuere, viuamus vitam, neceſſe eſt, etſi verò non eamdem omnino, quam ipſe re ipſa viuit, viuamus vitam, quoniã vita eius naturalis eſt, noſtra verò adoptiua, ſuę tamen ſimilem; vt filij ſimus, vitam viuamus, oportet, ſimilem autem ſuæ vt vitam viuere valeamus, huiuſmodi nobis primo exemplar exemplo proponatur vitæ, neceſſe eſt, quod ea dicitur eſſe vita, quam ipſe propter patrem viuit. Pater igitur vtj immobile, & æternum, atq; immutabile filij, ac vitæ illius principium per ſe in ſemet ipſo vitam habens, perpetuòq; in ſe ipſo actu naturaliter viuens, ſuæ propriæ videlicet æternæ edens actus vitæ filio, in quo perpetuò permanet, eoſdem dat actus edere vitæ, quos ipſe in ſemet ipſo viuendo edit, edendo viuit, eiq; ſic ipſam dat eſſe vitam: filius ſimiliter à Patre in ſe permanente, ac ſibi ſic, vt ſupra, dante, in ipſo & ipſe mutuò permanens, ipſummet ſuſcipit viuere, eoſdem videlicet actus edere vitæ, quos pater ipſe in ſemet ipſo edit, ipſamq; re ipſa eſſe vitam, quam ſic, vt ſupra, à patre ſuſcipiens non propter ſe, ſed propter Patrem, viuere dicitur, ac vitam eſſe, ſicut re ipſa eſt verè vita *Io. c.5. n. 19. 20. 26. 30. 36. c.6. n.58. c.10. n.37. & 38. c.12. n.49. & 50. c. 14. n. 10. & 24. c.16. n.15. c.17. n.10. 21. & 24.*

Chriſtus ſic vti vniuerſæ noſtræ adoptiuæ filiationis in Deum, ac fraternitatis ipſius perenne, & immutabile principium in ſemet

ipſo

Digitized by Google

ipſo vitam habens, actuq; perpetuo viuens, propriæ ſuæ videlicet edens actus vitæ in nobis permanens nobis in eo mutuò permanentibus eoſdem pro ſuo dat libito actus edere vitæ, quos ipſemet in ſemet ipſo viuendo, nobiſq; ſe noſtrę exemplar exhibendo vitę edit, in nobiſq; edendo viuit, ipſaq; in nobis noſtræ eſt diuinæ filiationis vita: nos autem ab ipſo in nobis ſic permanente, nobiſq; vt ſupra, dante, vitam, vitæq; ſuſcipientes actus non propter nos, ſed propter eum ſic viuere dicimur, ac viuimus verè, ipſo hoc nobis per ſimilitudinem atteſtante *Io. d. c. 5. n. 26. & c. 6. n. 58. & ſua P. c. 2. n. 6. c. 5. n. 12. & 18.*

Nam ſi Chriſtus ſic per Patrem viuens eius omnes vitæ actus à Patre ipſius tamquam vitæ principio ſuſcipiens; ſicut nihil à ſe ipſo omnino dicit, vel facit, dicere vel facere poſſe dicit, niſi, quod Patrem in ſe alloquentem, vel facientem audit, & videt, quod autem ipſum alloquentem, & facientem audit, & videt, ſtatim ſimiliter & ipſe alloquitur, & facit: alloquens autem, & faciens non etiam propter ſe ipſum, ſed propter Patrem, velut æternum æternæ vitæ ſuæ principium, viuit, aliam nec viuit, viuere nec poſſe dicit vitam; ipſam quam in ſe pater viuit, quia vna eſt tantum æterna diuinitatis vita *Io. dd. c. 5. n. 19. 20. 36. c. 12. n. 49. & 50. c. 14. n. 10. & 11.* quam & Spiritus Sanctus à Patre, & Filio vno tamquam ſpiratus principio, & ipſe viuit, à ſe ipſo nihil omnino faciens, vel dicens, niſi quod in ſe vtrumq; facientem, & alloquentem videt, & audit, quod autem in ſe vtrumq; alloquentē, & facientem audit, & videt, ſimiliter etiam & ipſe dicit, & facit *Io. c. 16. n. 13. 14. & 15. c. 14. n. 26.* Sic & nos propter Chriſtum viuentes ab ipſius ſpiritu noſtræ tamquam nouitatis, ac ſpiritualis filiationis principio noſtræ omnes ſumentes actus vitæ à nobis ipſis nihil omnino loquamur, aut faciamus, vt filij ſimus, oportet, niſi quod ipſum in nobis in ſpiritu loquentem, & ad agendum nos agentem audierimus, & viderimus, ſimiliter, & nos loquamur, & faciamus oportet, non ad id quidem violenta rapti neceſſitate, noſtra vel adducti natura, quia huiuſmodi in nobis agendi principium, non externa violenta vis eſt, ipſaue natura noſtra, quia non violentati, neque naturales, ſed voluntarij, & adoptiui filij ſumus *Deut. c. 18. n. 18. & 19. Io. c. 12. n. 50. c. 13. n. 15. 17. & 34. c. 15. n. 4. & 5. & ſua p. c. 3. n. 2. 9. c. 5. n. 12. Apoſt. p. ad Cor. c. 11. n. 1. ad Eph. c. 5. n. 1. & 2. ad Philip. c. 3. n. 17. ad Heb. c. 13. n. 21.* ſic autem

Io-

loquentes, & facientes non propter nos, ſed propter eum viuimus, noſtræ velut æternæ æternum vitæ principium, nec aliam vitam, quam eam, quam ipſe in nobis viuere dignatur ex gratia ſecundum menſuram donationis ſuæ viuimus, ac viuamus oportet *Io. dd. P. c. p. n. 2. c. 3. n. 2. 6. 5. n. 11. 12. & 18. Apoſt. ad Philip. d. c. 3. n. 18. 19. & 21. ad Coloſ. c. 3. n. 2. 3. & 4. Iſa. c. 30. n. 20. 21.* quam propter eum ſic viuentes verè quoq; filij Dei ſumus, ac ipſius Ieſu Chriſti fratres, atq; ei ſimul adhærentes, & ſic, vt ſupra, agentes vnum cum ſpiritu ſuo in hac eadem nouitatis formalitate ſumus, & conſequenter in Chriſto veri filij Dei, & fratres ipſius Ieſu Chriſti *Mat. c. 12. n. 50. Luc. c. 8. n. 21. Io. c. 17. n. 11. & 21. Apoſt. ad Rom. c. 2. n. 13. c. 8. n. 14. 16. 17. 23. & 29. ad Gal. c. 3. n. 2. 5. 26. 28. & 29. ad Eph. c. 3. n. 6. & 16. c. 4. n. 4. 7. 16. & 24. Iac. c. 2. n. 24. & 26* ſi ipſe ergo in nobis eſt noſtri noui hominis diuinæq; adoptiuæ filiationis noſtræ eſſendi principiū, ſine quo huiuſmodi eſſe non valemus *Apoſt. ad Rom. d. c. 8. n. 9. Mat. d. c. 12. n. 30. Luc. d. c. 11. n. 23.* conſequenter etiam à nobiſmet ipſis huiuſmodi nobis ſimus eſſendi principium, & filij Dei euadamus, euadere vel valeamus, impoſſibile eſſe videtur, & eſt verè: & pariter ſi ipſe noſtrum eſt in nobis agendi principium, ſine quo huiuſmodi opera agere non valemus *Io. d. c. 15. n. 5. Mat. d. c. 12. n. 30. Apoſt. p. ad Cor. d. c. 2. n. 11.* conſequenter etiam à nobiſmet ipſis diuinæ huius agamus, agere vel valeamus opera filiationis, impoſſibile quoq; eſſe videtur, etſi ipſe in nobis noſtræ eſt nouitatis, & adoptiuæ filiationis forma, & vita, ſine quibus huiuſmodi formalitatem, & vitam conſequamur impoſſibile eſt. *Apoſt. ad Gal. c. 4. n. 19. ad Coloſ. c. 3. n. 4. Io. P. d. c. p. n. 2. c. 5. n. 11. 12. & 18.* cum alijs ſuperius alleg. conſequenter etiam nos a nobiſmet ipſis ad huiuſmodi nos euehamus formalitatem, & vitam, ac tales euadamus, & ita viuamus, & operemur, impoſſibile quoq; eſſe videtur, quia ſi quæcumq; in ſe quis habet tamquam ab aliquo ortum ducens principio, ab eodem dicitur mutuatum fuiſſe principio, quia in ſe ab eo re vera proueniunt cuncta, à Chriſto etiam noſtræ tamquam nouitatis principio noua hæc noſtra procedant, & pendeant omnia, conſequens eſt, nam & *in nouis hominibus omnibus ipſe eſt omnia, & in omnibus ijs operatur omnia. Apoſt. ad Eph. c. p. n. 23. c. 3. n. 20. c. 4. n. 6. ad Coloſ. c. p. n. 16. & 17. c. 3. n. 11.* Ipſiq; *in ipſo, & per ipſum in hac eadem ſunt, viuunt, & mouentur*

Digitized by Google

nouitate vitæ. Act. Apoſt. c. 17. n. 28. Apoſt. p. ad Cor. c. 8. n. 6. Io. c. p. n. 3. & 4. immo hoc idem eſſe, viuere, moueri, & operari, vniuerſus quod eſt ſtatus, & conditio nouitatis noſtræ, gratis ab ipſo accipimus *Pſal. 38. n. 8. Eccl. c. 24. n. 25. Io. d. c. p. n. 3. c. 14. n. 6. c. 15. n. 5. Apoſt. ad Coloſ. c. 3. n. 11. & ſecunda ad Cor. c. 5. n. 17. & 18. ad Eph. d. c. p. n. 23. c. 3. n. 20.* quam ab eo noſtræ velut deperditæ inſtauratore formæ, vitæq; receptam, quod per eum nunc eſſe incepimus, & ſumus, non fuerimus prius: & quod prius fuimus non ſimus amplius conſequens eſt, quia ſi in hac nouitate noua omnia noſtra facta ſunt, receſſerint vetera omnia neceſſe eſt *Apoſt. ad Eph. c. p. n. 10. c. 4. n. 23. & 24. ad Coloſ. c. 3. n. 9. & 10. ad Rom. c. 6. n. 4. ad Heb. c. 12. n. p. Pet. p. c. 2. n. p. Iſa. c. 43. n. 7. 19. & 21. Apoc. c. 21. n. 5. Apoſt.* propterea 2. *ad Cor. n.* 18. ait: *ſi qua ergo in Chriſto noua creatura vetera tranſierunt, & noua facta ſunt omnia* (hæc autem ſic noua facta) *ex Deo ſunt omnia.* Non noſtram igitur priuatam viuendo vitam, ſed eam, quam nobis dat viuere Chriſtus, iſtam nouam viuimus vitam, quam ſic ab eo mutuatam viuentes, illam re vera non propter nos, ſed propter eum viuimus, quemadmodum & ipſe eam, quam viuit non propter ſe, ſed propter Patrem viuit: nos ſic illam non nobis ipſis, ſed ſoli nobis eam viuere danti, & per quem eam viuimus, quod reliquum eſt temporis ſemper viuamus oportet *Io. dd. c. p. n. 3. c. 6. n. 58. c. 14. n. 6. & eiuſdem p. d. c. 5. n. 12. Apoſt. ad Rom. d. c. 6. n. 4. 6. 9. & 10. ſecunda ad Cor. d. c. 5. n. 15. ad Coloſ. c. 3. n. 17. & 23. Pet. p. c. 4. n.* 2. Non amplius ergo noſtri ſumus, nobis ipſis vt viuamus, ſed Chriſti met, à quo hæc omnia recepimus: Chriſtus autem Dei, à quo & ipſe recepit omnia, quia ſicut noſtrum caput, & principium ipſe eſt Chriſtus, ſic Chriſti caput, & principium ipſe eſt Deus, à quo in eum, & ab eo in nos prædicta proueniunt cuncta *Apoſt. p. ad Cor. c. 6. n. 19. c. 3. n. 23. c. 4. n. 7. ad Rom. c. 8. n. 32. Sap. c. 8. n. 4. & 5. c. 10. n. 2. Eccl. c. 4. n. 12. c. 43. n. 29. Io. c. 15. n. 4. 5. & 16. c. 5. n. 36. c. 14. n. 10. Mat. c. 11. n. 27. Luc. c. 10. n. 22.* Ecce ergo quod noua hæc noſtra ex Deo ſunt omnia, quia ab eo omnium tamquam principiorũ principio primo in nos illa proueniunt omnia, quia *ipſe vnus eſt ſuper omnes, per omnia, & in omnibus, & omnia in omnibus operatur, & implet*: operans autem, & implens ex ipſo, per ipſum, & in ipſo ſunt omnia: ſic autem exiſtentia, & operata, eius, atq; in ipſo huiuſmodi ſunt opera cuncta *Apoſt.*

ad

Digitized by Google

ad Eph.d.c.4.n.6. P. ad Cor. d. c.8. n.6. c.11. n.12. c.12. n.6. ſecunda ad eoſdem d. c.5. n. 18. ad Rom. c.11. n.36. Iſa. c. 26. n. 12. c.36. n.27. Ier.c.23. n.24. Act. Apoſt. c.17. n.25. & 28.

Huiuſmodi igitur, vt iam præmiſſum eſt, noſtri eſt re vera noui hominis forma, ſecundum quam primus à Deo fuit formatus homo creatus in ipſa iuſtitia, & ſanctitate veritatis, quæ veritatis ſanctitas ipſe Chriſti eſt ſpiritus, in quo, vt noui homines ſimus, creati ſimus oportet, & eius opera operemur, ſicut vt ea operaremur, ab eo ab initio prædeſtinati ſumus. *Gen. c.p. n. 26. & 27. Apoſt. ad Eph. c. p. n.4 c.2. n.10. 15. 18.22. c. 3. n. 16. c. 4. n.24. & 25. ad Rom. c.8. n.9. & 14. Eccl. c. 24. n. 25. Io. c. 14. n.6. c.7. n.39. c.13. n.15. & 17. c.14. n.21. & 23. 26. c.15. n.13. c.16. n.7. & 13. & ſua p. c.2. n.6. & 29. c.3. n.7. & 24. c.4. n. 7. 13. & 16. c.5. n.12. & 18. Pet. p. c.3. n.21.*

Verum cum ex hoc tam elato genere de noſtra loquendi nouitate, dum illam eſſe dixerimus Chriſti in nobis, & noſtri in Chriſto mutuam permanſionem: internamq; illius eſſendi, & agendi potentiam, principium, & formam Dominum noſtrum fore, & eſſe Ieſum Chriſtum, ſpiritumq; illius in nobis exiſtentem efficere, vt vnum cum ipſo ſimus, vnum autem cum eo exiſtentes nouos euaſiſſe homines, nouitatiſq; huiuſmodi ex Deo eſſe omnia, eorum, qui ſublimioris ſunt ingenij, purgatiſſimas potuiſſemus nimis fatigaſſe, & obtudiſſe aures, licet nos re vera pluries inter huiuſmodi tradenda proteſtati fuerimus, quod ſicut non natura, ſed adoptione, & gratia filij Dei ſumus, ſic has non natura, ſed adoptione, & gratia prærogatiuas poſſidemus, ad ſtirpitus tamen omnem hanc eradicandam ſcrupuloſitatem, iſta qualiter ſic ſe habere valeant, liquidius aperiamus oportet, vt integerrimi auditus eorum omni pro poſſe amota offenſione audire lenius diſponantur, quod vt fiat, quid in hac ſpiritus noſtri cum ſpiritu diuino ità vnitum ſimultanea maneat vnitate, vt vterq; vnum factũ fuiſſe dici queat, in medium deducamus oportet, & cum inter vtrumq; tamquam finitum, & infinitum infinita re ipſa interſit differentia, ambo vnum fiant, nullo videtur eſſe poſſe modo, nam cum intellectus omnis ex intellectiua agente potentia tamquam ipſius intellectus principio, & ex actu merè intellectiuo ſimul conſtet, qui alio nomine actualis appellatur intellectio: Et primo quod dicta intellectiua agens potentia noſtri intellectus, ſeu illius principium, quod

& finitum, & limitatum eſt, cum potentia agente diuini intelle-ctus, ſeu illius principio, quod & infinitum, & omnipotens, ac omnia intelligens eſt, vnum fiat, ipſa non ſolum eſſendi, & poſ-ſendi imparitas, quæ infinita eſt, ſed & ipſamet prohibet natura, nam noſtrum, quod natura finitum eſt, ipſa infinitum fiat natura, vel è contra ipſa finiti, & infiniti vetat natura, quia aut volumus, quod noſtri potentia, ſeu principium intellectus ſuæ ſe exuat fini-tate, & limitationę potentiæ, & infinitate, & omnipotentia diui-næ potentiæ, ſeu principij ſe induat intellectus, & hoc nil aliud eſſet, quam ſe ipſum conſtituere Deum ipſorum luminum, atq; intellectuum patrem: è contra verò ipſam eſſet Patris deſtruere perſonam, diuinitatemquemet ipſam: vel quod alterutrum ex di-ctis principijs, ſeu potentijs, quod ſuum ipſius eſt, non amittens, quod alterius eſt, aſſumeret, & ſtulta huiuſmodi diceretur copu-lationis efficto, cum vnus, & idem intellectus non poſſit ſimul eſſe creatus, & increatus: finitus, & infinitus. Si verò noſtri actus intellectus vnum in indiuiduo cum ipſo diuini fieri diceremus actu intellectus, & tunc ſecundum noſtrum intelligendi, ac dicendi modum nobis multiplicatæ obijcerentur impoſſibilitates quarum vna eſſet, quam ſuperius attigimus, quod actus videlicet finitus cum infinito vnus eſſe non poteſt: alia eſſet, quod ſicut actus à pro-pria, & priuata ſua non poteſt non procedere, & pendere poten-tia, & principio, ſic quod alterius ſit potentiæ, & principij pro-ceſſio, & actus impoſſibile quoq; dicitur eſſe, diuini ergo actum intellectus cum noſtri actu vnum conſtituentes eſſe intellectus, à propria, & naturali ſua actum proceſſiuum auellentes poten-tia, & principio, vel extraneam, vel duplicem ei aſſignaremus potentiam, & principium, quod certè non minus impoſſibile eſſe videtur. *Mat. c. 7. n. 16. Luc. c. 6. n. 44. Iac. c. 3. n. 11. & 12.* quod noſtra ſimiliter cum diuina vna fiat memoria, fieri non poſſe vide-tur, quia cum illa ex duobus internis formetur vnius intellectus principijs, ex illius videlicet naturali producente potentia, & actu, ſeu actibus ab eadem naturali producto, ſeu productis, potentia, intellectione, ſeu intellectionibus nuncupato, ſeu nuncupatis in ſe ſe perpetuò inuicem permanentibus, quæ etſi re vera non ipſamet per ſe excogitata, ſed ipſorum mutua alterius in altero permanſio ipſa ſit verè memoria, cum tamen ad conſtituendam memoriam ambo ſimul ſint neceſſaria, & nullo ſine ipſis queat illa formari,

Digitized by Google

& eſſe modo, ſicut ipſa ex vnius ambo ſubſtantiâ ſunt intellectus; cuius etſi diſtinctæ, ac cognitæ; indiuiſæ tamen ſunt partes, & cum eo vnum ſunt ſubſtantia tantum, ex ijs ſic ſimul mutuò permanentibus quæ conflatur, ac ſine quibus nullo poteſt conflari; & eſſe modo, ſit ipſa memoria conſequens eſt: Hinc manifeſtè conſtare dignoſcetur, quod ex vnius actu, & alterius potentia intellectus ipſa formari, & eſſe non poſſit memoria, ſi præterea ex huiuſmodi principijs, ex quibus illa formatur, & ſine quibus eſſe non poteſt, neutrum ex diuinis noſtrum eſt, eſſeue poteſt, & è contra, neutrum ex noſtris diuinum noſtra conſequenter cum diuina vna eſſe non poteſt memoria.

Et pariter quod noſtra voluntas vna cum diuina fiat voluntate eiſdem fieri non poſſe rationibus manifeſtè conſtare videtur, nam ſi illa ipſum eſt liberum ex arbitrio agendi principium, humanum quod arbitrium ſit diuinum: & diuinum humanum: finitum infinitum: infinitum finitum, & cætera his ſimilia non eſſe vtiq; poſſe videtur ob infinitam inter huiuſmodi intercedētem diſtantiam *Iſa. d. c. 55. n. 9.* Hinc manifeſtè patet quod ea, quæ de noſtra à nobis ſuperius dicta fuerunt nouitatis eſſentia in proximè ſuperius dictos non ſunt accipienda ſenſus, quia Deo ſimilis non eſt in filijs hominum *Pſa 85. n. 8.* Neq; etiam dicimus, quod noſtra cum Deo vnio ſit quæ, & qualis eſt illa diuinitatis cum humanitate D.N. Ieſu Chriſti, quia ab inſtanti conceptionis humanitatis illius diuina filij perſona, quæ ex patris eſt ſubſtantia, & verus Deus, ei hypoſtaticè iuncta manſit *Io. c. p n. 2. & 14. Pſal. 21. n. 11.* ſemel autem aſſumptam dimiſit nunquam, ille propterea verus eſt Dei filius, & Deus verus *Io. d. c. p. n. 2. & 14. c. 8. n. 24. & 25.* licet ob acceptam hominis, & conſequenter ſerui figuram ab hominibus pro Deo non fuerit cognitus, & reputatus *Iſa. c. 53. n. 2. & 3.* de eo ſic in ſpiritu prophætante: *Non eſt ei ſpecies, neq; decor: & vidimus eum: non erat aſpectus, & deſiderauimus eum: deſpectum, & nouiſſimum virorum: virum dolorū, & ſcientem infirmitatem: et vultus eius quaſi abſconditus, et deſpectus, vnde nec reputauimus eum Pſal. 21. n. 7.* quia ſub velamine ſerui eius abſcondita manens diuinitas, qui verè, & qualis erat, non fuit cognitus, & reputatus *Apoſt. p. ad Cor. c. 2. n. 8. ad Philip. c. 2. n. 6. et 7.*

Pater ideo cum eo *Iſa. c. 45. n. 14. et 15.* loquens hoc nobis voluit reuelare myſterium dicens: *Verè tù es Deus abſconditus, et in*

te tantum (ſic vt ſupra) *eſt Deus, et abſq; te non eſt Deus*, quia cum Deus perſonis ſit trinus, ab eo vnā ſi abſtuleris, auferreue volueris perſonam, ſine ea vtiq; non erit Deus, quia ſine ea verè eſſe non poteſt, quia *hæ tres Unus tantum ſunt Deus Io. c. 14. n. 10. et 11. c. 10. n. 30. c. 17. n. 11. et 21. et ſua P. c. 5. n. 7.* Noſtra verò filiatio ſola contrahitur, & conſtat adoptione, quæ ex correlatiuo voluntatis duorum ſe ſe inuicem in filium, & Patrem diligentium oritur actu. Adoptans enim Pater adoptiuum diligens filium, eum, quæ ſuæ ſunt, docet, voluntatis, & in tutam eum dirigit viam, & in ea gubernat illum. *Pſal. 36. n. 23. Iſa. c. 30. n. 21. c. 35. n. 8. c. 48. n. 17. c. 54. n. 13. Io. c. 14. n. 26. c. 16. n. 13. Apoſt. ad Philip. c. 2. n. 13.* ſic faciens in filio ſuam dicitur operari voluntatem, ac eam operatur verè, quia ſi principium rectè operandi ipſa eſt recti operis præcognitio, ſine qua rectè operemur impoſſibile eſt, quis horum quæ operamur, *magis eſt artifex, quam ille, qui nobis tribuit rectè operandi ſenſum? Sap. c. 8. n. 6. Iſa. c. 33. n. 6.* filius verò diligens Patrem, quæ ab eo didicit, in illius implementum adimplens voluntatis paterno dicitur cooperari operi, ſic autem inuicē operantes in ſe ſe mutuò ipſa dicuntur permanere voluntate, ſic verò permanentes vnum quoq; dicuntur eſſe voluntate, voluntas verò cum ex illius ſit ſubſtantia ſpiritus, cuius dicta dicitur eſſe voluntas, vnum etiam dicuntur eſſe ſpiritu, & ſunt verè *Apoſt. p. ad Cor. c. 6. n. 17.* huiuſmodi autem cum dilectio, & obedientia ſint index, & indoles vera nouitatis noſtræ *Eccl. c. 3. n. p.* & vtraq; in ipſo conſiſtat opere, & veritate *Io. p. c. 3. n. 18.* Dominus propterea Ieſus Chriſtus myſterium hoc nobis pandere volens nouitatis noſtrę *Io. d. c. 14. n. 21. et 23.* ait: *Qui habet mandata mea, et ſeruat eā, eſt ille qui me diligit, qui autem me diligit, diligetur à Patre meo*, & ego quoq; qui, quod Pater meus facit, facio ſemper, diligam eum, eum autem *ſic diligentes, ad eum quoq; veniemus, et manſionem apud eum faciemus*, illam autem apud eum facientes *habitabimus in eo, et ipſe in nobis Io. d. c. 14. n. 20. c. 15. n. 9. 10. et 16. c. 17. n. 20. Act. Apoſt. c. 17. n. 28. Apoſt. p. ad Cor. c. 3. n. 16. et 17. c. 6. n. 19. ſecunda ad eoſdem c. 6. n. 16. ſic autem alter in altero mutuò permanentes vnum cum ipſo dicimur eſſe, et ſumus verè Io. d. c. 17. n. 11. et 21. Apoſt. p. ad Cor. d. c. 6. num. 17.* quod qualiter fiat ſuo demonſtrabitur loco, de noſtræ præterea cum hic mentionem facimus nouitatis eſſentia de noſtra vtique, qua conſtamus, naturali

non

Digitized by Google

183

non intelligimus ſubſtantia, ſed de priuata formalitatis nouitatis noſtræ eſſentia, quæ ſicut non ex nobis, ſed ex Deo eſt, eius ſic non ex nobis, ſed ex Deo ſit eſſe formale ipſa poſtulat ratio, viuidiori ideo qui vigent fœcunditate intellectus dignentur paululum illius cohibere velocitatem, donec occurrentibus nos quoq; valeamus ſatisfacere difficultatibus, quia vnico quæ actu ipſe capit intellectus, vnico à nobis nequeunt exprimi, vel exarari verbo, vt experientia docet. Cum igitur ex ijs, ex quibus, ſuperius dictum fuit, eſſentia noſtræ conſtare nouitatis non paucæ, nec modici ponderis, & grauitatis emergant difficultates, quæ noſtro oblatæ intellectui nullo videntur conſiſtere poſſe modo, quæ vt facilius remoueri valeant, quot, & quæ ſint prius proponamus oportet, quæ etſi multò plures videri poſſint, & ſint verè, ad ſeptem tamen eas tantum perſtringemus clariori, qua fieri poterit, ratione, & via, licet non eo ſint forſan diſſoluendæ ordine, quo proponentur, quia in iſto prioritatem naturę, in illo faciliorem ſequemur viam, omnes tamen vel ex infradicendis diluere, vel ex iam dictis fuiſſe dilutas oſtendere curabimus.

Prima, quarum naturæ ordine prior eſt: ſi Adam poſt huiuſmodi mortem vixit, quid poſt eam in ipſa rerum manſerit natura ita, vt verè mortuus adhuc vixiſſe dici potuerit, & poſſit, & quomodo ſic viuens mortuos produxiſſe dici queat, ex quorum maſſa tamquam materia hanc noui conditam fuiſſe hominis eſſentiam, in quam qui ſic conduntur eſſe dicuntur ex mortuis viuentes *Gen. c.2.n.17. c.3.n.6. Apoſt. ad Rom. d. c.5.n.12.14. 15. 17. 21. c.11. n.15. c.6. n.11. c.7. n.6. c.8. n.2. 29. & alijs ſuperius alleg.*

Secunda. Quod nouus hic homo noſter ex ſpiritu Dei genitus non ſit amplius in carne, ſed in ſpiritu *Apoſt. ad Rom. d. c. 8. n. 9. ad Gal. c.5. n.24. 25.*

Tertia. Quod caro, & corpus iſtud, quæ nouum hunc videmus habere hominem, non ſint verè quæ, & qualia noſtris apparent ſenſibus, nec quæ, & qualia re fuere prius, cum priora illa cum moriente Chriſto mortua, & cõſepulta fuerint, & in eo tamquam dictę materia nouitatis abſcondita maneant: & quę, & qualia nunc ſunt, effecta de nouo fuiſſe omnia, ita vt nouus hic homo, quod nunc eſt, non fuerit prius, & quod fuit prius, non ſit amplius. *Apoſt. ad Rom. c. 6. num. 4. 6. & 11. c.8. num. 2. 6. 7. 8. 9. 10. & 11. ſecunda ad Cor. c. 3. num. 17. & 18. c. 4. num. 16.*

c. 5.

Digitized by Google

c.5.num.17.& 18. ad Eph.c.3.n.16.c.4.num.22.23.24.ad Coloſ. c.3.n.9.& 10.

Quarta. Quod ſpiritus noſter in hac cum ſpiritu Dei nouitatis vnitate locum, & vicem teneat materiæ, ſpiritus autem Dei formæ *Sap.c.10.v.16.& ſeq. Apoſt. ad Gal.c.2.n.20, ad Eph.d.c.3.num.16.*

Quinta. Quod per mutuam per manſionē ſpiritus Chriſti cū ſpiritu noſtro, & noſtri cum ſuo vnus tantum fiat ſpiritus, & iſte non noſter, ſed Chriſti ſit ſpiritus verè, qui tamquā forma in hac pręſidet nouitate noſtra *Apoſt.P. ad Cor.d.c.6.n.17.ad Gal.d.c.2.n.20.*

Sexta. Verum ſi ea, huius quæ ſunt hominis noui, à ſpiritu Dei in nos proueniunt omnia tam in eſſendo, quam in agendo, vt ſuperius affirmatum fuit, hinc etiam deduci poſſe videtur, quod ad ea agenda cōacti impellamur, quod tamen falſiſſimum eſt, vt ex infradicendis manifeſte apparebit.

Septima. Si verò ex noſtri arbitrij libertate ea libere operamur, non etiam quæ, & qualia à nobis ſuperius conſtituta fuerunt, ſint, conſequens eſſe videtur.

Nam ſi illa abſq; antedictis eſſendi, & agendi principijs forma, vita, & actibus neq; eſſe, neq; in propriam ſuam ſe euehere formalitatem, ſe nec mouere, viuere, vel agere vllo modo poteſt, cum ex omnibus, & ſingulis his, vt huiuſmodi ſit, conſtet neceſſe ſit, & omnia, & ſingula hæc ab vno Chriſti dumtaxat procedunt ſpiritu, à quo prædicta illa in nos proueniunt omnia, ab eo autem ſic prouenientia ipſe conſequenter nobis in omnibus dicitur eſſe omnia, & nobis in omnibus operari illa. Et Chriſti ſpiritus iſte per ſe vna eſt ſubſtantia ſpiritualis, & diuina in ſe ipſa per ſe formaliter exiſtens, viuens, agens, & operans, quæ per illius voluntariam in nobis inhabitationem, atq; illius in nobis, & noſtri in eo mutuam permanſionem noſtro adhærens ſpiritui illum cum ſe ipſo vnum facit eſſe ſpiritum, & conſequenter illum vnum cum ſe ipſo formatum, cuius eſſentia noua dicitur eſſe creatura Dei, cuius eſſentia à ſe formaliter pendens omnis ex Deo eſt. *Apoſt ad Rom.d.c.8.n.9.11.15.& 16.P. ad Cor.c.6.n.17.& 19.c.3.n.16. ſecunda ad eoſdem dd.c.5.n.17.& 18.c.6.n.16. Ezech.c.36.n.26. & 27.*

Chriſtus propter hoc dicitur eſſe faber, & artifex noui huius condendi hominis, in quem quicumq; effinguntur, eius conformes

ſint

185

ſint imagini neceſſe eſt, quia ſic ab eo effingi ante ſęcula à Deo prædeſtinati fuerunt *Apoſt. ad Rom. d. c. 8. n. 29. ad Eph. c. p. n. 4. & 5. c. 2. n. 10. c. 3. n. 16. & 17. c. 4. n. 23. & 24. Sap. c. 7. n. 28. c. 9. n. 19. c. 10. n. 16. Iſa. c. 54. n. 16. Malach. c. 3. n. 3.* propterea ſcriptum eſt *Iſa. d. c. 54. n. 17. Quod quicumq; inuentus fuerit contra illius formam, & imaginem effictus, non dirigetur,* quia ſine illa noui homines eſſe non poſſunt *Apoſt. ad Eph. c. p. n. 10. & 11. ad Col. c. p. n. 16. 18. & 22. c. 3. n. 9. & 10.*

Illam verò tamquam diuinam, qui in ſe inſculptam portat, quaſi tot dij Dei euadunt teſtimonio dicentis: *Ego dixi vos dij eſtis, & filij excelſi omnes Apoſt. ad Rom. d. c. 8. n. 29. c. 13. n. 14. ad Gal. c. 3. n. 27. ad Eph. d. c. 2. n. 10. 21. & 22. c. 3. n. 17. Pet. 2. c. p. n. 4. Pſal. 81. n. 6.* hoc enim ſi dixit Deus, verum ſit, conſequens eſt, quia Deus mentiri non poteſt, & eius omne verbum eſt veritas *Io. d. c. 17. n. 17. c. 10. n. 35. Num. c. 23. n. 19. Iſa. c. 34. n. 16. c. 45. n. 11.* quod tamen ſanè intelligatur oportet, quia hi nō natura quidem, vt ipſe eſt Deus, huiuſmodi ſunt, ſed Dei gratuito dono, & eius aſſiſtentia Spiritus Sancti, ab eo propterea ſi quis ſua receſſerit culpa, ab ipſo quoq; ſupernaturalia ea, quæ eius poſſidebat dono, recedent omnia *Iud. c. 13. n. 25. c. 16. n. 17. 19. & 20. Eccl. c. 4. num. 22.*

Similiter & ſpiritus intellectiuus noſter vna eſt alia de per ſe ab hac diuini ſpiritus ſubſtantia diſtincta ſubſtantia (licet in dicta nouitate per illarum mutuam adhæſionem non ſeparata) creata, ſpiritualis, & immortalis, in ſe ipſa exiſtens, per ſe agens, viuens, & operans, & conſequenter ex proprijs, & priuatis ſuis eſsendi, & agendi principijs, forma, vita, & actibus conſtans, ſine quibus illa huiuſmodi eſse non poſset, in ſuā nec ſe euehere formalitatem, nec ita viuere, nec agere vllo modo poſset, quæ in ſenſibili hoc corpore noſtro à Deo naturaliter infuſa nos homines eſse facit, & in humanam hanc noſtram nos euehit formalitatem, ac vt tales agamus, viuamus, & operemur efficit, ſineq; ea huiuſmodi eſse, in eamdemq; nos euehere formalitatem, ſic viuere, agere nullo modo valeremus, quia illa hęc eſt omnia nobis in omnibus, & hęc omnia in nobis omnibus operatur *Iob c. 15. n. 13. c. 32. n. 8. Apoſt. p. ad Cor. c. 2. n. 11. Sap. c. 15. n. 11.* & per hanc vnam ſolam rationis participes, & rationales efficimur, & hac vna ſola per rationem apti ſumus moraliter viuere, & agere: voluntarieq; viuentes, &

Digitized by Google

agentes hac vna ſola cognoſcimur à cæteris eſse diſtincti animantibus differentia. Similiter caro & ipſa vna eſt alia de per ſe ab hac intellectiui ſubſtantia ſpiritus noſtri diſtincta ſubſtantia non ſeparata quidem, ſed ſeparabilis, non ſpiritualis, ſed materialis, creata, & mortalis, ex proprijs, & priuatis ſuis conſtans principijs, potentia nempè, vita, & actu, ſine quibus caro eſse non poſſet, & ex qua nos etiam in hac compoſiti vnitate ſumus, & conſtamus, quia in nobis quod ex carne natum eſt, caro eſt verè *Io. c.3. n.6. & vt latius in tertia noſtra quaſt. An aliquod detur iur. nat. matr. demonſtratum fuit*. Tribus his igitur in vnum collectis, & colligatis ſubſtantijs vna cum earum principijs, ſine quibus eſſe non poſſent, in vno velut colligatis humanitatis noſtræ ſuppoſito quomodo vnus tantum quis nouus poſſit eſse homo ex priuata illius duntaxat formalitate conſtituta ex vna ex præfatis ſubſtantijs, principijs, forma, vita, & actibus, & ex alijs non ſit amplius ita, vt reliquarum duarum ſubſtantiarum formalitates ab eo receſſiſse dicantur, & receſſerint omnia verè, & noua facta fuiſse, & eſse omnia: omniaq; iſta noua ſic facta non ex noſtris humanis ſubſtantijs, ſed ex Deo ſint, & eſse dicantur omnia, eo tamen incorrupto ſemper ſeruato ſuppoſito, in quo præfatæ omnes colligatæ manere dicuntur, ac manent ſubſtantiæ vna cum earum naturalibus principijs ab ipſis inſeparabilibus, & ſine quibus eæ, quæ verè ſunt, non poſsent eſse ſubſtantiæ, noſter difficilè capit intellectus, huicq; nec, niſi in fide, acquieſcere poſse videtur. Hinc operandi imperſcrutabiles diuinæ nobis inoteſcunt ſapientiæ modi, quæ ſola ex pluribus ſubſtantijs vnam tantum nouit efficere eſsentiam incorrupto eo, in quo illæ ſunt omnes, ſeruato ſuppoſito *Eccl. c.33. n.13. Ier. c.18. n.6. Reg. p. c.10. n. 6.* quod æqualiter, ſi rectè perpendatur, non minuſq; admirabile videri debet, quam ea, quæ extant, ex nihilo creata fuiſse omnia, quia ſi antequam crearentur, illorum ideæ creatarum tamquam exemplaria rerum, qualia nunc re extant, in diuina erant præconcepta, & effigiata mente, quod ex ea in eſse reale exemplariorum verorum illorum in ea conſtitutorum tamquam exempla realia eduxerit illa, noſtro vtiq; non videtur aduerſari intellectui ipſum Deum creatorem omnipotentem eſse confitenti *Pſal.49. n.11. Pſal.72. n.20. Apoſt. ad Heb. c. 8. n. 5. c. 9. n. 23. & 24. Act. Apoſt. c. 7. num. 44.*

Quod

Digitized by Google

Quod verò id, quod adhuc in rerum extat natura, & quod eſse videmus non quale nobis eſse videtur reuera ſit, noſtrũ non ita facilè capeſſit ingeniũ: qua propterea poſſit eſse,& ſit ratione verè, quaq; via, & methodo fiat, aperiamus oportet, quod facilius efficere vt valeamus, prædictæ tres prius in humano hoc colligatæ ſuppoſito, quid ſibi ſint in inuicem ſubſtantiæ, in domino declaremus oportet, & cum ex præmiſſis ſatis pateat, quod Chriſti ſpiritus diuina illa tamquam ſubſtantia,à qua nouitatis noſtræ eſsendi, & agendi potentia, & principium, actus, & vita procedunt, & pendent, in eo locum, & vicem formæ obtineat negari non poteſt, quia eiuſmodi facere ipſius eſt munus formæ: reliquæ verò in eo ſubſiſtentes tamquam informatæ,motæ, & actæ obedientis locum, & vicem obtineant materiæ conſequens eſt, quod aliqua liquidius manifeſtemus demonſtratione ipſa expoſcit ratio. Sicut igitur in naturalibus quò quid eorum, quæ ad ipſum perficiendũ formatum intrinſecus concurrunt, illius veræ eſt propinquus formæ, eo proximè remotioris reſpectu formam redolet: remotius ſic è contra eo proximè propinquioris reſpectu, materiam ſapit, exempli gratia; *Purus* vitæ poſitiuus gradus reſpectu puræ per ſe mouendi potentiæ, cum qua poteſt in compoſiti vnitate copulata manere, vt ſemine in omni, in humano tamen dumtaxat propoſitę rei exempla concipiemus,vt ſub vnius tantũ themate principij omnes exemplificandi (quantum tamen ipſa ſubiecta patitur materia) præfigurentur caſus: ex præfiguratis autem: propoſita clarius elucescat res, in quo ad eam ſe habet vt materia: illa verò ad eum vt forma: Rurſus ſemen iſtud quatenus eſt ſic ad ſe mouendum potens reſpectu maſsæ ſanguinis embryo appellatæ in quam, vel quem in vtero materno fuit ſucceſſiuè euectũ, & tranſmutatum, quatenus actu vegetabilis eſt, & ad eum in huiuſmodi ſe habet compoſiti vnitate, vti materia, iſta verò ad illud vt forma: & rurſus embryo quatenus actu vegetabilis reſpectu corporis animalis quatenus ſenſibilis, in quod ab anima rationali viuificatum ordine ille ſucceſſiuo euectus, & tranſmutatus fuit ad illud in huiuſmodi compoſiti vnitate formanda ſe habet vt materia: illud verò ad eum vt forma. Rurſus ſenſibile hoc corpus in abſtracto tamen conſideratum,quia re ab anima ſeparatum non inuenitur, reſpectu euectioris ſubſtantiæ huius videlicet humanæ noſtræ, in qua in compoſiti vnitate vna cum ſpiritu noſtro ab exordio per-

fectionis corporeæ figuræ moratur, & in ea ad eum non amplius vt forma, vt mente contemplati ſumus, ſe habet, ſed vt pura materia: iſta verò ad illud, vt forma, quia ſenſibile corpus in humani compoſiti noſtri vnitate re vera non locum, & vicem obtinet formæ, ſed materiæ, quæ ſua propterea eſt natura ſuæ perpetuò ſubiectibilis, obediens, & appetibilis formæ, & in compoſito intentione naturæ merè paſſiua. *Gen. c.* 4 *n.* 7. *Sap. c.*15.*n.*11. & vt latius de eorum compoſiti vnitate demonſtratum fuit.

Sic, & tantò magis in ſupernaturalibus, vt in noui huius noſtri hominis ſupereminenti compoſito, in quo ſpiritus Chriſti tamquam eminentiſſima, & ſupernaturalis inexiſtit, & præſidet forma, cuius naturæ proprium eſt non patiendo, ſed agendo ſibi ſubiectam mouere, regere, & gubernare materiam: noſter verò ſpiritus vti creatus illi tamquam pura, & obediens, ac ſubiectibilis, & appetitiua ſubiacet materia, cuius naturæ proprium eſt non agendo, ſed patiendo à propria moueri, regi, & gubernari forma, propter huiuſmodi paſſionem tamen nullum propriæ penitus recipit dignitatis, ac nobilitatis detrimentum, ſed potius in illarum euectiorem extollitur naturæ gradum. Nam quemadmodum rubicundus color non ibi præſtantior eſt, ac excellentior apparet, vbi ſe ipſum ſolum tamquam propriam exhibet formam, quam vbi non vt formam, ſed vt puram ſe exhibet materiam ſuſceptricem venuſtatis alicuius angelici vultus. Nec ſenſibilitas illa, quæ agendo locum, & vim propriæ retinet formæ, vt in brutis, in quibus propriæ eſt concupiſcibilis emanatio potentiæ non ea eſt pręſtantior, quæ patiendo non formæ, ſed ſuſceptiuæ vicem retinet materiæ, vt in homine virtute prædito, in quo illa non concupiſcibilis eſt propriè operatio potentiæ, ſed pura internorũ actuum animæ intellectiuæ impreſſio, ſeu paſſio, verbi gratia, verecundiæ, honeſtatis, modeſtiæ, & ſimilium, ſic nec ſpiritus noſter vbi agendo ſe ipſum propriam tamquam exhibet formam pręſtantior eſt, quam vbi ſuos proprios in ſe comprimens actus, velut finitos, & limitatos patiendo ſe ipſum tamquã ſuſceptricem diuinæ exhibet materiam intellectionis, voluntatis, & virtutis, infinitorum velut æterni actuum principij, quia immo in præſtantiorem formatum ſic à ſua euehitur forma, & ad excellentiorem extollitur naturæ gradum, quia ab ea liberatur à ſeruitute corruptionis, & humanæ ſuæ exutus, diuinæ particeps efficitur naturæ, & in liber-

tatem

Digitized by Google

tatem transfertur filiorum Dei, atq; inter eos computatur verè *Apoſt. ad Rom. c.8. n.9. 14. 21. p. ad Cor. c. 6. n. 19. ad Eph. d. c. 4. n.24. ad Gal. c.2. n. 20. Prou. c. 11. n. 18. Eccl. c. 14. n. 20. & 21. c.33. n.23. c.24. n.25. & 38. Io. d. c.10. n. 35. & 36. & eiuſdem p. c.3. n.2. Sap. c.9. n.4. 6. 10. & ſeq. c.10. n.16. Apoſt. p. ad Cor. c.12. n.11. ad Philip. c.2. n.13. Pet. 2. c. p. n.3. & 4. Pſal. 81. n.6.*

Si ergo diuina hæc ſubſtantia, quæ Chriſti ſpiritus eſt aliarum duarum reſpectu ſubſtantiarum in hoc noſtro ſubſiſtentium humano ſuppoſito locum,& vicem obtinet formæ, reliquæ verò locum & vicem materiæ, & hæ per huiuſmodi in ſe ſuperuenientiam formæ in eueſtiorem ab ea euehuntur, & transformantur formatum, conſequenter etiam, quod per Chriſti nunc effecti ſumus ſpiritum, non eramus prius, & quod fuimus prius non ſumus amplius verè, licet hoc nobis ſenſibiliter non appareat, quia ſupernaturalia a noſtris non percipiuntur ſenſibus, quia ſicut caro percipere non poteſt ea, quæ ſunt ſpiritus noſtri, quoniam ſunt ſupra eius naturam, nec ſpiritus noſter ea, quæ ſunt Dei, quia eius ſunt ſupra naturam, ſic neuter ea capiat conſequens eſt. *Iſa. c. 64. n.4. Apoſt. p. ad Cor. c. 2. n. 9. 11. & 12. niſi ipſa fide. Apoſt. 2. ad Cor. c.3. n.16. &* 17. ſed ea in futurum nobis videnda reſeruantur, quando Deum tunc à facie ad faciem videbimus, ſicut nunc ab eo viſi ſumus, nunc autem ea quaſi per ſpeculum in ænigmate videmus *Eccl. c.9. n.2. Apoſt. p. ad Cor. c.13. n.* 12, nam etiam poſt baptiſmum ſcimus, quod verè Dei filij ſumus: hanc tamen quis videt differentiam ab eo, quod prius fueramus, niſi eam in fide contemplati fuerimus. *Pet. p. d. c.3. n.21. Io. p. c.3. n.2.* Propterea *B. Io. eius p. d. c 3. n.2* aſſeueranter affirmat, quod etiam de præſenti, *etſi nondum viſibiliter appareat, verè filij Dei ſumus, quod cum apparuerit, tunc videbimus, quod ei ſimiles erimus,* nam filij Dei hic eorum tantumodo *expectant reuelationem filiationis Apoſt. ad Rom. c.8. n.19.* & D. N. I. Chriſtus hoc idem confirmans *Io. c. 14. n. 20. & c. 17. n.23.* dicit: *quod in alio ſæculo clarè tunc cognoſcemus: quod & ipſe eſt in Patre ſuo, nos in ipſo, & ipſe in nobis*, licet hoc in præſenti nobis nondum viſibiliter appareat ſæculo, quod vt nunc apertè videamus, duplex prohibet ratio: prima eſt, quia huiuſmodi res ſunt inuiſibilia natura. *Apoſt. 2. ad Cor. c.4. n.*18. Secunda eſt, quia, dum in hoc peregrinamur mundo, oportet, vt non per viſibilium ſpecies, ſed per inuiſibilium ſemper ambulemus fidem *Apoſt. 2. ad*

eoſdem

Digitized by Google

eoſdem c. 5. n. 7. nam fides eſt ſperandarum ſubſtantia rerum ad Heb. c. 11. n. p ſperandæ verò res eæ ſunt, quæ videri non poſſunt, ideſt inuiſibiles ſunt ad Rom. c. 8. n. 24. & 25. ſi ergo fides eſt inuiſibilium, conſequenter etiam dum in hoc mundo peregrinantes ſumus, vt per fidem ſemper ambulemus, ea nō videamus oportet, etſi mundana hæc, in quibus poſiti ſumus, & quotidie conuerſamur, non animaduertimus, etiamq; animaduertentes adhuc non intelligimus, quomodo cœleſtia, à nobis quæ ſunt penitus erepta, non animaduertentes cognoſcemus, ſi ea etiam animaduertentes à nobis ipſis cognoſcere non valemus? *Sap. c. 9. num. 13. & 17. Iſa. c. 64. num. 4. Apoſt. p. ad Cor. c. 2. num. 9. & 11. Io. c. 3. num. 12.* ſenſu ergo etſi non percipiamus, mente nec intelligamus, quod ad hoc vt ex veteri nouus quis fiat homo, veteris illius intercedat priuatio, nouus iſte vt exurgat, neceſſe ſit, quia priuatio vnum eſt ex primis eorum, ex aliquo quæ fiunt, vel generantur, principijs, quæ priuatio, alio nomine mors dicitur, quia illa eſt peremptio formalitatis formati illius, quod ex alijs factū, vel genitum eſt, Dominus propterea noſter Ieſus Chriſtus ſub parabola ſeminis ſeminati ad noſtrā volens alludere nouam regenerationē *Io. c. 12. n. 25.* dicit: niſi granum frumenti cadens in terrā mortuum fuerit ipſum ſolum manet. *Et Apoſt. p. ad Cor. c. 15. n. 36. 37. & 38.* dicit: quod id, quod ſeminatur, non viuificatur, niſi prius moriatur, quia vnū ex principijs eorum, quæ ex aliquo generantur, ipſa eſt priuatio, corpus propter ea, quod naſcitur, non eſt illud idem, quod ſeminatum fuit, ſed aliud, quia ſingulis ex mortuo illo orituris granis, ſicut vult Deus, proprium dat corpus, quod manifeſtiſſimè quoq; patet ex ſuperius propoſitis exemplis, nam ſemen, quod embryonis materia fuit, non eſt amplius in ipſo embryone ſemen: nec embryo, qui carnis materia fuit, eſt amplius in ipſa embryo carne, & ſic de ſimilibus. Benè ergo *Apoſt. 2. ad Cor. d. c. 5. n. 18.* dixit: *Si qua ergo in Chriſto noua creatura, vetera tranſierunt, & noua facta ſunt omnia* (cuncta autem hæc noua facta) *ex Deo ſunt omnia*, quia illa omnia à ſolo procedunt, & pendent ſpiritu Dei, & ab eo in nos cuncta proueniunt ex eius mera liberalitate, & gratia, quod ergo nunc ſumus, non fuimus prius, & quod fuimus prius non ſumus amplius. Nam & *Gen. c. 2. n. 7.* Deus in faciem lutei plaſmatis Adæ tamquam in terream materiam ſpiraculum inſpirando vitæ lutus ſtatim ille priori eius naturali relicta terrea ſub-

ſtan-

Digitized by Google

 191

ſtantia in carneã corporis Adæ fuit translatusſubſtantiam, ita vt lutus ille, carnis qui Adæ materia fuit, in ipſa non fuerit amplius carne Adæ lutus, niſi potentialiter, quia per nouam è conuerſo ſuperuenientem carnis priuationem, quam diximus eſſe peremptionem formati illius, quod habitu priuari, ſeu mori dicitur, caro rurſus reſolutiua methodo in priſtinum conuertitur lutum *Eccleſ. c.12. n.7. Eccl. c.17. n. p. c.40. n.11. c.41. n. 13.* in quem conuerti dici non poſſet, ſi adhuc depræſenti lutus eſſet, quia in id, quod ſumus, rurſus euadere non poſſumus, Propterea *Gen. c. 3. n. 19.* Adæ dixit Deus: in ſudore vultus tui veſceris pane donec (per priuationem reſolutiua methodo rurſus) in terram reuertaris. quia etſi hac adhuc perſeuerante compoſiti vnitate tua in ea re nō puluis, ſed caro ſit corporea ſubſtantia, potentia tamen puluis eſt, quia de puluere ſumpta eſt, ſicut ergo nunc potentia puluis es, ea ſic per ſuperuenientiam ſoluta mortis actualiter in puluerem reuerteris, immortaliſq; qui in te eſt, ſpiritus, ad Deum reuertetur, qui tibi dedit illum *Eccleſ. d.c.12.n.7. Sap.c.2. n.23. c.15.n.11. Eccl. c.16. n.31. c.40. n.11.*

Quemadmodum igitur compoſitiua methodo lutea corporis Adæ ſtructura per euectioris, ac ſublimioris à Deo in eam inſpiratæ ſuperinductionem formæ, anima eius, quæ fuit intellectiua, præuia prioris eius terreæ priuatione formæ materia facta, in carneã fuit eucta, & translata ſubſtantiam, & caro facta: reſolutiuaq; deinde exaduerſo conuerſa methodo ex carne præuia antedictæ priuatione intellectiuæ formæ in priſtinam illam, quæ fuit prius, terream fuit reuerſa ſubſtantiam, & terra rurſus facta: ſic & non aliter vetus homo noſter per diuini in eum à Deo inſpirati infuſionem ſpiritus eius præuia veteris priuatione formæ materia factus, ab huiuſmodiq; ſic, vt ſupra, diuina informata ſpirituali forma compoſitiua methodo in nouum creaturæ Dei fuit euectum, & translatum formatum, & nouus homo factus *Reg. p. c.10.n.6. & 7. Iſa.c.43.n.21. Ezech.c.11.n.19.c.36.n.26. Apoſt.p. ad Cor. c.3. n.16. & 17. c. 6. n. 19. ſecunda ad Eoſdem c. 5. n.17. & 18. ad Gal. c.6. n.15.*

Reſolutiua ſic methodo ex hoc noſtro homine nouo per diuinę antedictæ amiſſionem, ſeu priuationem formæ, quæ ea de re dicitur mors, ac eſt verè, quia per eam tamquam per ipſam mortem materiæ, & formæ vnitas non naturalis, ſed nouitatis noſtrę

no-

Digitized by Google

noſtra ab inuicem diſſoluitur culpa, & in nouo illo homine id quod materia erat, materia eſſe deſinens priorem reaſumit formam, & in illum reuertitur hominem, qui viuens mortuus eſſe dicitur, nec illud, quod ex Deo totũ ante erat, eſt amplius nouum formatũ rata tamen ſemper manente ſanctiſſimi firmitate baptiſmatis, abolitioneq; originalis culpæ, quia ex parte Dei nihil infirmatur, quia non eſt ille, vt homo, vt mutetur, aut vt filius hominis, vt mentiatur. *Iud. c. 13. n. 25. c. 16. n. 16. 17. 19. & 20. Reg. p. c. 16. n. 14. Sap. c. p. n. 5. Eccl. c. 4. n. 22. c. 6. n. 4. Iſa. c. 59. n. p. Oſe. c. 13. n. p. Luc. c. 15. n. 24. Io. p. c. 3. n. 8. 10. 14. & 15. Apoc. c. 3. n. p. Apoſt. p. ad Tim. c. 5. n. 6. ſecunda ad Eumdem c. 2. n. 13. ad Heb. c. 6. n. 18. Num. c. 23. n. 19. Eccl. c. 47. n. 24. Ezech. c. 16. n. 59.*

Ita ergo ſi euenire poteſt, & quandoq; eueniat, licet hoc nos ſenſu percipere non valeamus *Iud. d. c. 16. n. 20. in fin. Iob c. 9. n. 11. c. 23. n. 8. & 9.* reliquum eſt ſolum, vt in medium efferamus, quæ huius ſit cauſa ſolutionis vnitatis materiæ ab ipſa noſtræ nouitatis forma, per quam tam ſæuam, ac diram, ſenſu tamen in hoc imperceptibilem ſæculo experiamur mortem, & illam peccatum eſſe ab vniuerſa ſacra teſtificatur ſcriptura *Apoſt. ad Rom. c. 5. n. 12. & 21. c. 6. n. 16. & 23. p. ad Cor. c. 15. n. 56. Oſe. d. c. 4. n. 10. c. 13. n. p. Iſa. c. 50. n. p. c. 59. n. p. Ier. c. 2. n. 5. P. Reg. c. 15. n. 11. & alijs infinitis locis.* Ab ea propterea tot monemur vicibus à peccato cauere, non ſecus ac à venenoſo colubri ictu, à diſcerptrici leonis morſu, à biſacutæ tranſuerberatione romphęæ, quia ab his tribus noſtri ſicut certiſſima imminet ab anima ſeparatio corporis, ita à peccato noſtræ imminet à Deo ſeparatio animæ, qui noſtrę eſt anima animę ideo ſicut corpus per ſeparationẽ illius ab anima noſtra, mori dicitur, quia à ſuæ ſeparatur principio, & cauſa vitæ: anima ſic noſtra à Deo diſcedens mori dicitur, quia à nouæ noſtræ ſeparatur principio, & cauſa vitæ. *Eccl. c. 21. n. 2. 3. et 4. Sap. c. p. n. 11. Apoſt. p. ad Tim. d. c. 5. n. 6.* huiuſmodi autem ea poteſt eſſe ſeparationis ratio, quia peccatum diuino huic eſt exaduerſo contrarium ſpiritui, quia illud eſt tenebra, & inquinamentũ: lux iſte, & ſanctitas *Eccl. c. 33. n. 15. Prou. c. 13. n. 2. Pet. p. c. 2. n. 13. et 20. Io. c. 3. n. 17. et ſua p. c. p. n. 6. Apoſt. ad Eph. c. 5. n. 8. et 14.* idcirco vbi peccatum ad eſt, quod coinquinatio, & immunditia eſt, ibi ille manere non poteſt, quia in eum nihil, quod coin-

coinquinatum ſit, incurrit, proptereà *Sap. c.p. n.5. c.7. n.25. Eccl. c.4. n.22. c.6. n.4. & vbiq; per ſacras ſcripturas ſcriptum inuenimus; Quod à ſuperueniente corripitur iniquitate; Quod ab errante ſe recipit: & peccantem in manu inimici ſui tradit*, & huiuſmodi ſimilia ſecuto igitur peccato, quod verè mors eſt, & ſeparatio formalitatis noſtræ, ſpiritus ſapientiæ Dei, qui in ea erat eſſendi, agendi principium, forma, actus, & vita, ac illius omnimoda conſtitutio, ex Deo quæ tota erat, à nobis ſe recipit, & ſeparatur *Iſa. c.59. n.2. Num. c.6. n.5. Iud. c.13. n.24. & 25. c.16. n.17. & 21. Reg. p. c.10. n.6. iuncto c.24. n.15. & 16. & alijs ſuperius alleg.* ab eo autem ſeparati à noſtræ tamquam ſeparati nouitatis forma deſinimus etiam eſſe huiuſmodi formæ materia, illius autem deſinentes eſſe materia, in priſtinum illum, qui proximè prius eramus, reuertimur hominem peccatorem, exceptis tamen ijs, quæ ſuperius reſeruauimus, reuerſi autem, hi qui prius eramus, nunc etiam ſumus, ideſt peccatores, & mortui, ſicut & Adam poſt peccatum mortuus fuit cum ea tamen differentia, quam ſuperius diximus. *Gen. c. 2. n. 17. Apoſt. ad Rom. c. 5. n. 12. & 21. ad Eph. c. 2. n. p. & ſeq. ad Coloſ. c.2. n.13. Mat. c.8. n.22. Luc. c.9. n.60. Reg. p. c.15. n.24. c.16. n.14. Eccl. dd. c.4. n.22. c.6. n. 4.* ex quibus ad amuſſim manere videtur expoſitus dictus textus *Gen. c.2. n.17.* vbi legimus, quod Dominus Adæ præcepit, ne de ligno comederet ſcientię boni, & mali, quia in quacumq; hora de illo comediſſet, mortè quoq; mortuus eſſet, quod autem diuini huiuſmodi præuaricatio pręcepti fuerit peccatū, nemo dubitat, quod peccatū verò ſit mors, per quam à Domini ſeparamur ſpiritu, à quo qui ſunt ſeparati re vera mortui ſint, iam demonſtratum eſt. Adam ergo de vetito comedens ligno pręceptum Domini de illo non comedendo pręuaricatus eſt, præuaricans peccauit, peccans à Domini ſpiritu, qui illius ſanctitatis, & iuſtitiæ principium, forma, actus, & vita erat, ac ſuæ conſtitutio nouitatis, ex Deo quæ tota erat, ſeparatus manſit, manens mortuus fuerit, conſequens eſt. Ecce ergo, quod Adam iuxta verbum Domini, quod omne eſt veritas, ſtatim ac peccauit, non futura quidem, ſed præſenti: non figurata, ſed reali morte mortuus eſt, moriens autem ſe ipſum, & poſteros ſuos omnes enecauit, quia in lumbis eius eramus omnes *Apoſt. ad Eph. c.4. n.24. Sap. c.10. n.2. & 3. Gen. d. c. 2. n. 17. & alijs ſuperius citatis.* Quod etiam *ſacroſancta Trid. Syn. ſanctiſſimè affirmat ſeß. 5.*

Digitized by Google

de pec. orig. c. p. §. p. incipien. ſi quis non confitetur, ex prædictorū tamen explicatione non omnis penitus ſublata videtur eſſe difficultas, quia ſi prædictarum trium vnaquæq; ſubſtantiarum in hac vna ſimul colligatarum vnitate ex proprijs ſuis conſtans naturalibus principijs in præfata ad agendū ſe valeat excitare, & mouere vnitate, ſe autem excitans, & mouens in priuatam ſuam ſe euehere formalitatem, euecta verò ſecundum ſe viuere, agere, & operari: in illa autem ſe ſic vti forma mouens, viuens, & agens reliquas duas in eadem ſubſiſtentes vnitate illarum præuia propriæ priuatione formalitatis in ſuimet ipſius priuatam transferre materiam: translatam informare: informatam ſecundum ſe mouere, & agere, illamq; viuere, & operari facere, & in vnum tantum cum ſe ipſa illam euehere formatum non tale quidem, qualis eſt ipſa in ſe acta materia, ſed ipſa qualis eſt agens forma, materiaq; omnis per ſe ſit merè paſſiua conſequenter etiam dicendum videtur, quod reliquæ duæ inferiores ſubſtantiæ in eadem loco materiæ exiſtentes vnitate ſuam propriam non valeant ad agendum excitare potentiam, nec per ſe ſe mouere, & agere alias nullam cum ipſa paſſiuitate congruentiam haberent materiæ, verum cum eæ, quę verè in ſemet ipſis ſunt, in hac, in qua ſunt colligatæ, maneant vnitate, conſequenter etiam caro, vt verè caro ſit, ſenſitiua, appetitiua, & adſectiua conſtet potentia neceſſe eſt, alias non caro, ſed alia eſſet ſubſtantia, eiuſq; potentia, ſi ex ſe actum naturaliter producere ſibi conaturalem non poſſet non ſenſibilis, appetitiuæ, & adſectiuæ poſſet dici potentia ſubſtantiæ, quia ex actus qualitate ipſa nobis inoteſcit qualitas potentiæ, quam ſi illa re vera intra ſe potentialiter non foueret, illum naturaliter ex ſe producere nō poſſet: non producens in ſuam nec etiam ſe eueheret formalitatem, nec viueret, nec ageret, nec operaretur: hæc non faciens quæ, & qualis eſſet, vtiq; cognoſci, & diſcerni non poſſet *Mat. c. 7. n. 16. & 20.* quia actus eius eſt index potentiæ, cuius ipſe eſt naturalis actus *Mat. c. 12. n. 33. Luc. c. 6. n. 44.*

Similiter & ſpiritus intellectiuus noſter ſi intellectu, & memoria, & voluntate non conſtaret intellectus vtiq; non eſſet, ſed alia ſubſtantia, eiuſq; potentia ſi & illa naturales ſuos non poſſet producere actus, intellectiua vtiq; potentia non eſſet, quibus ſic ſtantibus pro huiuſmodi ſolutione difficultatum monuiſſe ſatis exiſtimauimus fore, ad ea confugiendum eſſe, quæ à nobis tradita ſunt

de

de homine ſub cap. de mente, & carne in vna humanitatis noſtræ naturali colligatis vnitate, & concluſioni illic factæ firmiter inhærentes dicimus. Quod cum actus, & potentia in eſſe formali ſint vnum ſubſtantia tantum, omnibus conſequenter à potentia carnis noſtræ naturalibus ſuis ſepoſitis actibus à ſuæ illa exciderit formalitatis eſſe, à quo cum re exciderit, mortua etiam ſit conſequens eſt, quia ſi actualis ipſius exuſcitatio potentiæ ad actum ipſa eſt forma, à qua formatum formale ſuum recipit eſſe, quemadmodum per actus huiuſmodi exſuſcitatio nem formatum incipit eſſe, per illius ſic deſinentiam deſinat eſſe, conſequens eſt, alias ſuo ſine eſſe formali poſſet eſſe formatum, quod impoſſibile eſt, à propria ergo excidens formalitate ſit etiã mortuum, conſequens eſt, quia ipſa formalitatis priuatio verè mors eſt, propterea ſcriptum eſt: Quod perempta, vel mutata forma res verè interijſſe dicitur *l. Iulianus exuli ff. ad exhib.* ſicut ergo caro à ſua excidens formalitate propriũ ſuum dicitur dimiſiſſe eſſe formale, & mortua eſſe, ille ſic, qui ab actibus ſuæ deſierit carnis, in ſua non amplius dicitur eſſe carne, ſed eius emortuum habere corpus, & hic germanus eſt ſenſus textus *Apoſt. ad Rom. d. c. 8. n. 9. & 10.* dicentis: *Quod hi, in quibus Chriſti ſpiritus eſt, in carne non ſunt amplius, ſed eius emortuum habent corpus*, hi ergo ſi ſuæ corpus carnis emortuum habent, & ab huiuſmodi nondum ſunt re ſeparati corpore carnis, ex eo tamen, quod caro corporis illorum ſuis proprijs eſt omnibus exuta actibus, tamquam non formaliter exiſtens, corpori illorum velut mortua adiacere dicitur, & emortuum eius habere corpus, & habet verè, res etiam ſic, vt ſupra, ſe habeat neceſſe eſt *Apoſt. ad Rom. d. c. 8. n. 8. 9. 10. 12. & 13. ad Gal. c. 5. n. 13. 25. ad Eph. c. 2. n. 3. 10. c. 4. n. 22. 23. 24. ad Coloſ. c. 3. n. 9. Pet. p. c. 2. n. 11. c. 4. n. 3.*

Ex qua explanatione plurium germani inoteſcunt ſcripturarum ſenſus, qui ſine ea quaſi inacceſſibiles eſſe videbantur præſertim *Apoſt. ad Rom. c. 7. n. 5. 6. & 4. ad Gal. c. 5. n. 25.* dicentis: *Quod ſicut cum in carne eſſemus paſſiones peccatorum, quæ per legem erant, in membris noſtris operabantur* ideſt eorum actibus opere perficiebant, *vt morti fructificaremus: ſic à lege mortis, in qua prius detinebamur, nunc per corpus Chriſti liberati ei oportet mortificati ſimus*, vt cuius eramus prius, non ſimus amplius, *ſed alterius, qui ex mortuis reſurrexit, vt in nouitate ſpiritus*, ad quam per eum tranſ-

Digitized by Google

lati ſumus, *Deo ſeruientes fructificemus.* *Nam lex ſpiritus vitæ in Chriſto Ieſu nos liberauit à lege peccati, & mortis*, quæ prius in noſtræ militabant membris carnis, vt in nobis iuſtificatio legis impleretur, qui non iam ſecundum carnem, ſed ſecundum ſpiritum ambulamus, ſecundum quem ambulantes, non in carne amplius, ſed in ſpiritu ſumus *Apoſt. ad Rom. d. c. 8. n. 2. 3. 4. & 9. ad Gal. d. c. 5. n. 25.* Nam ſi pro omnibus crucifixus, mortuus, & ſepultus eſt Chriſtus, prout eſt verè *Apoſt. 2. ad Cor. d. c. 5. n. 14. & 15.* omnes nos quoq; in ipſo crucifixi, mortui, & cum eo in mortem conſepulti ſimus oportet, quia in ipſo verè vnum cum ipſo ſumus *Apoſt. ad Eph. c. 3. n. 6. & 16. Io. c. 17. n. 23.* vt quemadmodum ipſe in hoc crucifixus, mortuus, & ſepultus eſt, vt in ſua deſtrueretur, & in mortem conſepeliretur carne corpus peccati: ita & nos in ipſo crucifixi, mortui, & cum eo in mortem conſepulti ſimus oportet, vt vetus homo noſter peccati crucifigatur, deſtruatur, & cum eo in mortem conſepeliatur, vt per eius vetuſtatis actus vlterius peccato non ſeruiamus: ſi autem re vera ſic, vt ſupra, in ſua eſt deſtructum morte peccatū, nos quoq; à peccato iuſtificati ſimus, oportet, vt per illud non moriamur amplius: nam ſi ſimilitudini mortis eius complantati facti ſumus, ſimul & reſurrectionis erimus ſcientes, quod Chriſtus reſurgens ex mortuis iam nō amplius moritur, & mors illi non vltra dominabitur: ſic & nos vetere homine noſtro mortuo, & eius deſtructo corpore, ipſum quod eſt peccati corpus, ad nouam hanc reſurgentes vitam in iſtius perenni oportet ambulemus nouitate vitæ veteris illius omnes deſerentes actus, qui à noſtra, in qua habitant, erumpentes carne, ipſa quę ſunt peccata nouæ huic noſtræ contraria vitæ *Gen. c. 4 n. 7. Apoſt. ad Rom. c. 7. n. 18. ad Gal. c. 5. n. 17.* quia peccato, qui mortuus eſt, mortuus eſt ſemel, vt Deo, ex quo iam viuit, viuat ſemper, ita & nos exiſtimare debemus mortuos nos eſſe peccato ſemel, Deo vt ſemper viuamus in Chriſto Ieſu Domino noſtro. Peccatum ergo non amplius in hoc debet regnare corpore noſtro, vt obediamus concupiſcentijs eius, nec vltra membra noſtra exhibeamus arma iniquitatis peccato, ſed Deo nos exhibeamus tamquam, ex mortuis viuentes: & membra noſtra arma iuſtitiæ Deo. *Nam cui illorum nos exhibemus ſeruos ad obediendum, eius ſerui ſumus, ſiue ipſius peccati ad mortem ſiue obeditionis ad iuſtitiam in vitam æternam*, nam Iuſtitiæ fructus ipſa eſt ſanctificatio noſtra, *ſine qua Deum videre*

Digitized by Google

*dere nemo poteſt Apoſt. ad Heb. c.*12.*n.*14. cuius finis eſt æterna vita : ſtipendia verò peccati mors, cuius nutrimenta æternæ ſunt deuorantes flammæ *Apoſt. ad Rom. d. c.8.n.3.4. c.6.n.4.5.6.*10. 11. 12. 13. 22. *&* 25. *ad Gal. c.5.n.24. Io. c.8.n.34. Pet.c.2.n.24. c.4. n.*1. 2. *Iſa. c.33. n.*14. *c.34. n.9.*

Ex quibus elucidius ſemper magis patet, quod priuatio ex illis vnum eſt principijs, ex quibus huius noſtræ conflatur, ac in eſſe conſeruatur nouitatis vnitas, veteris quæ noſtri eſt hominis priuatio formæ, in omnimoda illius conſiſtens expoliatione vna cum omnibus actibus ſuis, per quam nos apta huius efficimur, effecti conſeruamur noui materia hominis : alterum eſt abſoluta materiæ huius informatio, quæ in omnimodo noui huius conſiſtit hominis indumento vna cum actibus ſuis, ſine quibus illa exiſtat, & conſeruetur impoſſibile eſt, vt ex infradicendis manifeſtius ſemper apparebit *Apoſt. ad Eph. d. c.*4. *n.* 22. 23. *&* 24. *ad Coloſ. d. c.* 3. *n.9.* 10. *&* 12. *& p. ad Cor. c.9. n.*25 *&* 27. *&* 2. *ad Eoſdem c.7. n. p. ad Heb. c.*12. *n. p. idem propterea ad Gal. c.*4. *n.*19. ait : *filioli mei, quos ego iterum parturio, donec in vobis formetur Chriſtus*, cuius in nobis informatio perfecta eſt dictorum principiorum vnitas, per quam eius dicimur conformes fieri imagini, quemadmodum ſic fieri a Deo prædeſtinati ſumus *ad Rom. d. c.* 8. *n.* 29. facti autem : perfecti ſumus 2. *ad Tim. c.3. n.*17. *Luc. c.6. n.*40.

Noui ergo ſi huius noſtri in eſſe conſtitutio hominis eſt ipſa veteris vna cum omnibus actibus ſuis expoliatio, & huius ſuper indumentum noui vna cum ſuæ formalitatis actibus, conſequenter etiam nouus iſte, in ſua vt conſeruetur formalitate, ijſdem, quibus in eſſe conſtitutus eſt, perſeueret modis, & formis neceſſe eſt, alioquin non idem, qui re ante ſic conſtitutus fuit, ſed alius ſit, ſicut & alius multo magis erat antequam nouus re vera fieret, cōfiteamur oportet. Donec ergo ex veteris illius quidquā in nobis ſupereſt reliquijs, vel ex noui huius quidquā formalitate deeſt, perfecte noui ſimus homines impoſſibile eſt, quia ſi ille, qui nouus eſt, nō amplius in carne exiſtens nō carnalis eſt, in carne quoquè, quicūq; exiſtens carnalis eſt, nondū nouus exiſtat cōſequens erit *Apoſt. ad Rom. d. c.8. n.9. & p. ad Cor. c.3. n.3.* ſic ſi nouus eſt ille, Dei qui in ſe ſpiritū habens ab eodem ad agendum agitur ſpiritu Dei *Apoſt. ad Rom. d. c.8. n.9. &* 14. conſequenter etiam, ſpiritū qui non habent Dei, eo nec aguntur, non etiam noui ſint pariter conſequens eſt

quam-

Digitized by Google

quamquã ergo hæc duo tam in ipſo conſtitutionis, quã conſeruationis eſſe inter ſe ſint diſtincta, & cognita principia, in vtroque tamen eo, quo fuit præmiſſum modo primum videlicet priuatiuè, alterum verò poſitiuè ab inuicem nunquam ſunt, eſſeue poſſunt ſeparata, quia ex neceſſaria antecedentia, & conſequentia ita ſe inuicem perpetuò habeant oportet, quia peccator, & iuſtus: peccatum, & iuſtitia tamquam exaduerſo inter ſe viciſſim contraria ſe ſe perpetuò impugnant, & inuicem tollunt,cõſequenter etiam, vt iuſtus quis fiat, fieriq; valeat, ſe peccatorem eſſe deſinat oportet, & vt iuſtitia ſubintret, peccatum recedat oportet, quia hæc duo ſimul vno,& eodem tèmpore in eodem ſubiecto eſſe non poſſunt *Eccl. c.33. n. 15. Io. c. p. n. 5. c. 3. n. 19. 20. & 21. Pſal. 118. n.18. Ezech. c.18. n.21. vſq; ad fin. cap. & c.33. n. 12. vſq; ad 20.* Horum duorum ergo vnitas principiorum illud eſt ſubſtantiæ initium creaturæ Dei,per quod Chriſti participes efficimur,facti eius vt perpetuemus participationem, ſic ſemper cõſeruemur oportet, quemadmodum ipſe affirmat *Apoſt. ad Heb. c. 3. n. 14.* dicens: *Chriſti quidem participes effecti ſumus, ſi tamen initium ſubſtantiæ illius vſq; ad finem retinuerimus.* Nam, ſi initium ſubſtantiæ formati ipſa eſt informatio formati: informatio verò eorum eſt vnitas principiorum, ex quibus ipſum eſt conſtitutum formatum, illud conſequenter ſuæ eouſq; erit particeps formæ, quouſq; ſuæ retinuerit initium ſubſtantiæ, alioquin ſicut ſuorum ſoluta principiorum vnitate ipſum deſinit eſſe formatum, ſic ſuæ deſinat oportet particeps eſſe formæ, quia re vera nòn formati nulla poteſt eſſe participatio formæ: ſuæ ergo vt quis particeps perſeueret eſſe formæ, ipſe quæ Chriſti ſpiritus eſt, vetere homine omnibus cum actibus ſuis ſemper exutum, & nouo hoc ſuæ cum formalitatis actibus ſemper indutum ſe exhibeat oportet, alias non ſpiritualis, ſed carnalis: non nouus, ſed vetus ideſt peccator: non viuens, ſed mortuus ſit, conſequens eſt. Cum verò naturalis actus eius ſit index manifeſta potentiæ, cuius ille eſt naturalis actus *Mat. c. 7. n. 16. & 17. c. 12. n. 33. Luc. c. 6. n. 43. Iac. c. 3. n. 12.* conſequenter etiam cognoſcere vt valeamus, vter eorum ſit quiſq; naturales illorum cognoſcamus actus neceſſe eſt, quia hi, in quibus actus, ſeu opera viguerint ſpiritus, ſpirituales ſint: hi,in quibus actus, ſeu opera viguerint carnis, carnales ſint conſequens erit,quia ex operibus cuiuſq; cognoſcitur quis ſit quiſquè *Mat. d. c. 7. n. 16. & 20.*

d.c.12.

Digitized by Google

d. c. 12. n. 33. Luc. c. 6. n. 44. Apoſt. ad Gal. c. 4. n. 29. P. ad Tim. c. 5. n. 25. Io. p. c. 2. n. 5. c. 3. n. 24. c 4. n. 12. 13. Spiritus autem naturales actus ſunt: *Charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, manſuetudo, fides, modeſtia, continentia, caſtitas,* & huiuſmodi cætera *Apoſt. ad Gal. c. 5. n. 22. & 23.*

Carnis verò naturales actus ſunt *fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum ſeruitus, veneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, diſſenſiones, ſectæ, inuidiæ, homicidia, ebrietates, comeſſationes,* & his ſimilia *Apoſt. ad Gal. d. c. 5. n. 19. 20. & 21. ad Eph. c. 5. n. 5. 7. ad Coloſ. c. 3. n. 5. 6. 7. & ſeq.* Sicut ergo qui ea, quæ ſpiritus Chriſti ſunt, ſapiunt, quærunt, & operantur, ſpirituales ſunt, noui homines, & viuunt, quia ſapientia ſpiritus Deo amica eſt, & eius prudentia, quæ in operum illius vſu, & frequentia conſiſtit, vita eſt verè, ſic è contra, carniſquę ſunt, qui ſapiunt, quęrunt, & operantur, carnales, ac corū veteriſquę ſunt hominis, ſectatores, & mortui ſunt, *quia ſapientia carnis Deo inimica eſt, & eius prudentia,* quæ eius eſt propria exercitatio actuū, mors eſt verè. *Apoſt. ad Rom. d. c. 8. n. 5. 6. 7. 8. 11. 12. & 13. ad Gal. d. c. 5. n. 21. 24. & 25. c. 6. n. 8. p. ad Tim. c. 5. n. 6. ad Coloſ. c. 3. n. 5. 6. 7. 8 & 9. Iac. c. p. n. 15. Apoc. c. 22. n. 15. Gen. c. 4. n. 7.*

Vtriuſq; autem opera cū ſint ſibi in inuicem exaduerſo contraria, ſe quoq; viciſſim excludant conſequens eſt, vbi ideo opera viguerint ſpiritus, quieſcant opera carnis neceſſe eſt *Apoſt. ad Gal. d. c. 5. n. 17. Iac d. c. 4. n. 5. Eccl. c. 33. n. 15. Pet. p. c. 2. n. 11. & 24. c. 4. n. 1. & 2. & eius 2. c. 2. n. 20. 21. 22.* Idcirco qui ex operibus ſpiritus replet animam ſuam non confundetur, ſed viuet, quia ſic faciens carnis opera, per quæ morimur, nō perficiet *Pſal. 126. n 5. Apoſt. ad Gal. d. c. 5. n. 16. ad Rom. d. c. 8 n. 13. Pet. p. d. c. 2. n. 11. & 24.* Non ergo quæ carnis, quæ mundi, quæ noſtra ſunt, ſed ſola, quæ Chriſti, noſtræ quod eſt principiū, forma, vita, & totum nouitatis eſſe, vt homines noui ſimus, atq; viuamus, ſemper quæramus, & operemur, oportet, quia ſi ſe ipſum dedit Chriſtus, vt à carnis, mundi, & hac noſtra liberaremur ſeruitute, vt liberati nō amplius carni, mundo, nobiſq; ſeruiremus, ſed ei ſoli, qui pro nobis mortuus eſt, & reuixit: non etiam carni, mundo, nobis, ſed illi ſoli ſeruiamus, oportet, cui ſi ſpiritu viuitur, ſpiritu etiam ſemper viuamus oportet *Apoſt. ad Philip. c. 2. n. 21. p. ad Cor. c. 13. n. 5. ſecunda ad Eoſdem c. 5. n. 14. et 15. c. 7. n. p. ad Gal. c. p. n. 4. c. 4. n. 31.*

Digitized by Google

n. 31. *c.* 5. *n.* 13. 24. 25. *c.6. n.* 14. *ad Coloſ. c.* 3. *n. p. et ſeq. vſq; ad* 11. *Iac. c.p. n.*27.

Si ergo noui vt homines ſimus non carni, non mundo, non nobis, ſed ſoli Deo ſeruiamus oportet. Per operaq; carnis non Deo, ſed nobis, mundo, carniq; ſeruimus: per opera verò ſpiritus è cõtra non carni non mundo, non nobis, ſed ſoli ſeruimus Deo, conſequenter etiam, ſicut vt ſoli ſeruiamus, ſeruireq; valeamus Deo, opera ſemper effugiamus carnis, & opera perficiamus ſpiritus neceſſe eſt: ſic noui quoq; vt homines ſimus ac eſſe valeamus illa pariformiter ſemper effugiamus, iſta perficiamus oportet, quia ambo, modo, quo ſupra, ad hunc hominem nouum formandum vniformiter cõcurrunt, nam ſi, vt noui homines ſimus non in carne, ſed in ſpiritu ſimus, neceſſe eſt, *Apoſt. ad Rom. d. c.*8. *n.*9. *et ſeq.* & operum præſentia, vt ſuperius dictum fuit, eſt index manifeſta præſentiæ operantis principij illius, à quo opera illa naturaliter procedunt, & pendent, cum ab alio nullo, quam à naturali ſuo natura valeant procedere, & pendere principio, vbi conſequenter opera emergent carnalia, ibi quoq; adeſſe carnem illa operantem, eorum tamquam agendorum naturale principium: vbi verò opera emergent ſpiritualia, ibi operantem illa adeſſe ſpiritum illorum tamquam agendorum naturale principiũ manifeſte conijcimus, ac depræhenſum habemus, conſequenter etiam ſicut vt noui efficiamur, efficiq; valeamus homines, vt dicit *Apoſt. ad Coloſ. c.* 3. *n.*9. *et* 10. 2. *ad Cor. c.* 5. *n.* 17. *et* 18. & carnem cum omnibus actibus ſuis exuamus, & ſpiritum cum actibus ſuis induamus oportet: ſic vt tales conſeruemur, illa cum omnibus actibus ſuis ſemper exutos: iſto cum actibus ſuis ſemper indutos noſmet exhibeamus oportet, quia ex duobus his alterutro, priuatiuè, videlicet, altero omnibus cum actibus ſuis: altero verò poſitiuè cum actibus ſuis vel deficiente, vel ſublato principio, vel ad eius non peruenit perfectam abſolutionem, vel iam abſolutè perfectum eſſe deſinit hoc noui noſtri hominis formatum, nam, ſi carnis concupiſcentia angelus eſt ille ſatanæ, per quem ad peccandum ſtimulamur *Apoſt.* 2. *ad Cor. c.* 12. *nu.* 7. *ad Rom. c.* 7. *nu.* 23. *et* 25. *c.* 8. *num.*6. *et* 8. ſtimulati verò eius ſi opera perficiamus, peccamus *Iac. c.p. n.*14. *et* 15. *Apoſt. ad Rom. d. c.* 7. *n.* 5. 17. *et* 23. *et d. c.* 8. *n.*6. *et* 8. 13. peccantes verò à Deo, qui noſtra eſt vita, recedimus *Sap. c.p. n.*5. *Eccl. c.*4. *n.* 22. *c.*6. *n.*4. *ſecundo Paral. c.*12. *n.* 5. *Iſa.*

c.50.

c.50.n.p.c.59.n.2. *Apoſt.* 2. *ad Cor.* c.6. n. 14 & 17. *P. ad Theſ.* c.4. n.7. & 8. ſtatim verò ac ab eo actualiter receſſimus, non amplius ex eo, eiuſue ſumus, quia hoc noſtræ ſoluto nouitatis formato priori deperdita iuſtitia denuò peccatores, & mortui euadimus. *Apoſt. ad Rom. dd.* c.8.n.9. & 13. c.6. n.23. c.5.n.12. & 21. c.2. n. 12. *ad Eph.* c.2. n.p. & 4. *P. ad Tim.* c.5. n.6. *Gen.* d.c.2. n.17. c.4.n.7. *Pſal.* 113. n.17. *Sap.* c.3. n. 10. *Mat.* c.8.n.22. *Luc.* c.9.n.60. *Io.* c.5.n.25. & *ſua* p.c.p. n.6. c.2.n.9. & 11. c.4.n.20. Propterea *Eccl.* c.34. n.30. & 31. ſcriptum eſt: *A mortuo qui baptizantur, & iterum tangunt eum, eis quid prodeſt lauatio eorum? ita, à ſuis qui abluti peccatis iterum faciunt ea*, quia in eadem inuoluti ſorde peccatorum denuò peccatores, & mortui ſunt, noua ideo indigent iuſtificatione, & gratia, vt rurſus ad hanc nouam reſurgant vitam *Ezech.* c.18. n.24. c.33.n.13. *Bar.* c.3. n.4. 8. & 11. *Iac.* c.2. n.10. *Pet.* 2. c.2. n.21. & 22.

Opera ſic ſi non operamur iuſtitiæ præuaricamur, præuaricantes peccamus, peccantes à Deo recedimus, ab eoq; ſeparamur *Pſal.* 118. n.21. 119. 134. 155. 158. 163. & 165. *Iſa.* d.c.59. n.2. *Ier.* c.2. n.5. *Bar.* c.3. n.12. & 13. *Oſe.* c.4. n. 10. *P. Reg.* c.15. n.11. *Apoſt. ad Rom.* c.2. n.23. & 25. *P. ad Cor.* c.14. n.37. & 38. *P. ad Theſ.* d.c.4. n.7. & 8. *Iac.* c.4. n. 17. ab eo autem ſeparati, vt ſuperius dictum fuit, neq; ex Deo eſſe dici poſſumus, eius nec amplius ſumus, quia noſtræ ſoluto nouitatis formato rurſus in homines reuertimur peccatores, & mortuos, ſicut ante peccatores quoq; & mortui eramus *Apoſt. ad Eph.* c.2. n.p. & 2. & *ad Coloſ.* d.c.3. à n.5. *ad* 10.

Hinc manifeſtè patet tam eos ab ipſa erraſſe veritate, qui ad noſtrum informandum nouitatis formatum opera ſtatuentes non neceſſariò eſſe effugienda carnis carnaliter viuentes, ſe & nouos homines, & ſaluos eſſe poſſe putarunt; quam eos, qui opera non neceſſariò ſtatuentes eſſe perficienda iuſtitiæ, ea non perficientes, idem de ſe ipſis arbitrati ſunt. Nam priores ſuæ nimium volentes placere carni primum naturæ, ſeptimum diuinæ legis irritum facientes præceptum, caſtitatis obſeruantiam, blaſphemantes, impoſſibilem eſſe decantarunt, diabolus enim in huiuſmodi animos talia inijcere conatur, vt eorum deſperata ſalute ſemet ipſos dent, vt dicit *Apoſt. ad Eph.* c.4. n. 19. Impudicitiæ in operationem immunditiæ omnis, in auaritiam. Poſteriores verò eorum

Digitized by Google

velare volentes impietatem ſe ad id adductos fuiſſe aſſerunt ex ipſius Apoſtoli ſententia. *Ad Rom. c. 3. n. 28.* dicentis: *Arbitramur igitur hominem iuſtificari per fidem ſine operibus legis.*, cuius verba, & ſenſum alterantes, ſeu potius adulterantes ſententiæ; ex ea vniuerſale huiuſmodi effinxerunt axioma dicentes: Quod ad ſalutem conſequendam ſola ſine operibus iuſtitiæ ſufficit fides: Pro quorum eradicatione erroris dicimus, quod hi antequam ad huiuſmodi deſcenderent propoſitionis vniuerſalitatem neceſſariò animaduertiſſe debuiſſent, & maturè conſideraſſe eam, quam idem Apoſtolus in proxime præcedenti *ad Eoſdem c. 2. n. 13.* ſolidauerat ſententiam, eorum exaduerſo contrariā intentioni, & aſſertioni cum dicat: *Quod non auditores, ſed operatores legis apud Deum iuſti ſunt*, quia apud eum re vera *hi iuſti ſunt, qui iuſtitiam opere complent Ezech. c. 18. n. 9. 10. p. c. 3. n. 7.* neq; in regnum Dei aliter quis ingredi poteſt, quā per ipſius iuſtitiæ portas. *Pſal. 117. n. 19. & 20. Iſa. c. 26. n. 2.* aditus ideo regni cœlorum ex eo portę dicuntur eſſe iuſtitiæ, quia non, niſi operantibus iuſtitiam panduntur *Pſal. 16. n. 15. Sap. c. 3. n. 14. c. 4. n. 2. c. 5. n. p. 5. & 6. Baru. c. 4. n. p. et ſeq.* quæ ſententia tam ab ipſo, quam ab omnibus alijs Apoſtolis, approbatiſq; Eccleſiæ doctoribus ſemper recepta, approbata, ſectata, ac practicata fuit, eſt, & erit ſemper, quia *veritas vna eſt ſemper, inuariabilis, et æterna Eſd. 3. c. 4. n. 38. Pſal. 113. n. 2. Pſal. 118. n. 90. et* 160. prout ex infraſcriptis ſcripturæ ſacræ locis manifeſtè patet, & præſertim *p. ad Cor. c. 15. n. 58. ſecunda ad Eoſdem c. 7. n. p. ad Gal. c. 6. n. 8. et 9. ad Epheſ. c. 5. n. 3. et ſeq. vſq; ad 12. nec non n. 27. et 30. p. ad Tim. c. 6. n. 11. et 14. ſecunda ad Eumdem c. 4. n. 7. et 8. ad Heb. c. 6. n. 7. et 8. Iac. c. p. n. 22. c. 2. à n. 14. per totum, et ſignanter n. 26. Pet. p. c. 2. n. 11. 12. 22. 23. 24. c. 4. n. p. et ſeq. vſq; ad 7. et 2. c. p. n. 8. et 9. c. 2. n. 21. c. 3. n. 14. Io. p. c. p. n. 6. c. 2. n. 4. 5. 7. 24. 29. c. 3. n. 7. et 24. c. 5. n. 3. et 2. Electræ n. 6. et 7. et 3. Gaio n. 11. Iud. n. 15. Mat. c. 5. n. 6. 28. 29. 34. et ſeq. vſq; ad fin. cap. c. 7. n. 21. et paſſim per vniuerſa ſacræ ſcripturæ loca*, atque inuiolabiliter à nobis ex Dei obſeruanda præcepto. *Exo. c. 31. n. 18. c. 32. n. 15. et 16. Leu. c. 19. n. 2. 3. Deut. c. 5. à prin. vſq; ad n. 25. et n. 29. vſq; in fin. cap. et c. 9. n. 10.* Et à Domino noſtro Ieſu Chriſto eius propria nobis præconizata, & confirmata voce, cui obediamus neceſſe eſt. *Deut. c. 18. n. 18. et 19. Mat. c. 17. n. 5. Mar. c. 9. n. 6. Luc. c. 9. n. 35. Pet. 2. c. p. n. 17. Apoſt. ad Heb. c. 12. n. 25.*

Digitized by Google

n.25. Dum interroganti ſe, quo medio ſibi ad æternæ eumdum eſſet gaudia vitæ *Mat. c. 19. n. 17.* reſpondens ait: *Ad vitam ſi vis ingredi ſerua mandata*, quia hic patens eſt ſolus ad cœlum aditus, nam illa æternum ſi Dei ſunt teſtamentum illud, quo ſumus ab eo æternæ eius hæredes conſtituti vitæ *Eccl. c. 17. n. 9. et* 10. *c. 24. n. 32.* ſicut hæres vt teſtantis valeat capere hæreditatem, teſtamentariam omnino ſeruet diſpoſitionem, neceſſe habet, nos ſic, eius capere vt valeamus hæreditatem vitæ, eius mandata ſeruemus oportet.

Neque præfatæ veritas ſententiæ per huiuſmodi in quoquam læſa maneret inſtantiam, ſi diceremus: Quod poſt ſanctiſſimi ſacramenti baptiſmatis receptionem nihil nobis omnino deſit, deeſſe vel dicendum ſit, quominus, ſi ex nobis quiſquam tunc moreretur, re vera ſaluus fieret, eo quod poſt illius receptionem noſtræ nobis omnes remiſſæ penitus extiterint culpæ, iuſtiq; perfectè euaſerimus, ac filij Dei verè effecti fuerimus, quia, etſi ita re vera ſit, non per hoc tamen tollitur, quod poſt hanc nouam perfectè receptam iuſtificationis vitam, illam vt re ipſa viuamus, illius non debeamus operari opera vitæ, quomodo .n. quam quis recepit, viuet vitam, illius ſi actus non operetur vitæ, ſi aliud nil ſit vita, ipſe quam viuendi actus? actibus ergo excluſis vitæ, ipſa quoq; ſit excluſa vita, conſequens eſt, qua quis ergo poterit ratione de huiuſmodi nouæ gloriari gloria vitæ, quam voluntariè viuere recuſans proprio eius à ſemet ipſo excluſerit facto, atq; delicto? Nam qui ſtatim poſt ſanctiſſimi baptiſmatis receptionem ab hac mundana ſubtrahuntur luce, cum ſit eis ſimul ademptum ſuppoſitum, occaſio, & ſpatium nouæ huius exercendæ, ac perpetuandæ vitæ, cum ſine ſubiecto, in quo eſt, viuere nemo poſſit, quod illius non exercuerint actus, eis vtiq; imputari non poteſt, nec debet, quia per eos non ſteriſſe dicitur, quominus, id ſi faciendi ſpatium, & occaſionem habuiſſent, opere compleuiſſent, ſicut & idem dicendum eſt de baptizatis infantibus illis, ad annos qui nondum peruenerint diſcretionis, quia, etſi ſubiectum, in quo noua hæc eſt vita, in eis nondum defecerit, ipſi nec per ſe huiuſmodi re operentur opera vitæ, propter hoc tamen eorum nec deliquiſſe facto, ab huiuſmodi nec deſtitiſſe dicendi ſunt operatione vitæ, quia in Eccleſiæ Dei corpore cum ipſa detur bonorum communio operum, ipſa quoq; eccleſia, pro infirmis eius ſupplens

membris illa operari dicitur, ac operatur verè, hi propterea ab eorum non dicuntur deſtitiſſe operatione, quia ope,& medio eius, cuius ſunt membra corporis, illa re vera operati ſunt, quoniam nos omnes, qui membra ſumus, vnum tantum ſumus Chriſti corpus, in quo, & per quod viuimus, eiuſq; opera operamur vitæ, ac ſalui ſumus. *Apoſt. p. ad Cor. c.6. n.15. c.12. n.12.13. et 14. et 27. ad Epheſ. c.4. n.12. 15. et 16. c.5. n.30. ad Coloſ. c. p. n. 24. ad Gal. c.3. n.28.*

Cum opera verò per ſe quiſq; complere poſſe incipit, huius vt viuens ſit corporis membrum, ea per ſe ipſum operetur, neceſſe habet, alias ſuo proprio delinquens facto emoritur, mortuus autem vitæ ſui non amplius eſt particeps corporis, quia, quod mortuus vita fruatur, ipſa natura repugnat, cui veritati omnes ſacræ conſentiunt ſcripturæ. Nonne B. Paulus Apoſtolus fuit & ipſe baptizatus, inter filios Dei à Deo receptus, Spiritu Sancto repletus eodem Dei hoc atteſtante ſpiritu? *Act. Apoſt. c. 9. n. 15. 16. 17. et 18.* de ſe tamen aſſeueranter affirmauit, quod diuinorum etſi ipſe extitiſſet prædicator dogmatum, ſi opere diuina nõ compleuiſſet præcepta reprobus effectus fuiſſet *p. ad Cor. c. 9. n. 16. et 27. c. 10. n.22.* ſimiliter, & alij Apoſtoli *Io. c. 14. n. 3. c. 15. n. 16. et 19. c. 16. n. 22. Luc. c. 10. n. 20.* Dominus tamen noſter Ieſus Chriſtus *Mat. c.5. n.20.* eis conſtanter affirmauit, quod ſi eorum iuſtitia futura non fuiſſet abundantior, quam ſcribarum, & phariſæorum, qui quæ prædicabant, & dicebant, non faciebant *Mat. c.23. n.3. et 4.* non eſſent ingreſſuri in regnum Dei; non ſolum ergo eſt abſolutè neceſſarium, vt præcepta Dei opere compleamus, & illorum iuſtitiam faciamus, ſed & illa abundanter, ideſt à nullo deflectentes, integrè perficiamus, propterea *B. Petrus eius 2. c.2. n. 21.* dixit: Quod melius eſſet viam non agnouiſſe veritatis, quam retrorſum conuerti ab eo, quod nobis traditum eſt, ſancto mandato, quia quotieſcumq; ab eo præuaricantes peccamus, in deterius ſemper prolabimur, noſtram multiplicantes ingratitudinem *Ier. c.30. n.14. Mat. c.12. n.45. Luc. c. 11. n. 26. Io. c.5. n.14.*

Si ergo ita eſt, prout eſt verè, non etiam credendum eſt, multòq; minus affirmandũ, quod Apoſtolus per alterius à ſe *ad Rom. d. c.3. n.28.* prolatæ enunciationem ſententiæ ab expreſſa, & indubitata hac à ſe præcedenter ad *Eoſdem d. c. 2. n. 13.* pronunciata

voluerit recedere ſententia, maximè cum deterrimam hanc ipſe accerrimè deteſtando aſſertionum aduerſantiam *ad Gal.c.2. n.18. ac etiam c.p.n* 8. *& 9.* conſtanter aſſeruerit, quod, ſi inueniretur vnquam ſe affirmaſſe, quod prius negaſſet, vel negaſſe, quod prius affirmaſſet, verè præuaricatorem, ac excommunicatum ſe præberet, quia, ſi Chriſtus, qui mentiri non poteſt *ad Tit. c. p. n. 3. Num. c.23. n. 19. per os illius ſanctum eius promulgauit euangelium 2. ad Cor. c. 13. n. 3. & ad Gal. d. c. p. n. 11. &* 12. Chriſti conſequenter euangelico contradicens verbo per os illius allocuto meritò, vt dixit, & præuaricatorem, & excommunicatum ſe præbuiſſet *d. ad Gal. c.p. n.8. et 9. et c.2. n.18. ad Heb. c.12. n.25. Io.2. Electræ n.9. et* 10.

Cum ergo ille, qui mentitur nunquam, & per ſe ipſum, & per Apoſtolos ſuos vtramq; protulerit ſententiam, vtraq; etiam proprijs, atq; priuatis ijs, in quos eam protulit, applicata caſibus vera ſit, neceſſe eſt, extra quos ad extraneos non eſt trahenda, ne diuinis in verbis, in quibus nullo poteſt eſſe modo, vlla ſuperinducatur contradictio, quia illa omnia eorum ſunt ſemper natura vera, quia, ea qui protulit, eſt ſemper verax, & ſanctus in omnibus verbis eius, mentiri nec poteſt, quia mendacium ſuæ eſt naturæ ex aduerſo contrarium *Io. c.17. n. 17. c. 3. n. 33. Apoſt. ad Rom. c. 3. n.4. Pſal.116. n.2. P. 118. n.90. et 160. P. 144. n.13. Num. c.23. n.19.* oportet ergo, vt ſententia illa *ad Rom. d. c.3. n.28. regiſtrata*, fuerit ab Apoſtolo de prima prolata, & conſequenter etiam intelligenda iuſtificatione, quæ noſtra dicitur regeneratio, prout de ea re vera illam ibi enunciando in indiuiduo ſenſit, ac intellexit, vt ex infradicendis ex eius proprijs deductis verbis manifeſtiſſime apparebit, quæ prima iuſtificatio re vera vllis abſq; præcedentibus operibus noſtris nobis à Deo impertitur ex eius mera benignitate, & gratia, quia *illius eſt purum, et gratuitum donum Apoſt. ad Eph. c. 2. n. 8. Iac. c. p. n.* 18. Nam ſi *Dei ſolius eſt aſſumptio noſtra*, prout eſt verè *Pſal.88. n.19* & huiuſmodi *noſtra eſt ex mortuis vita Apoſt. ad Rom. c.11. n.15. c.5. n.12. ad Eph. c 2. n. 4. ſecunda ad Cor. c.5. n.* 21. ex ſe ipſis quid, quæſo, poſſunt efficere mortui, vt in vitam reſurgant? nihil certè, quia à priuatione ad habitum non datur regreſſus, & ad eum nos nullam poteſtatem habemus *Pſal.77. n.39. Sap. c.16. n.14. Eccleſ. c.8. n.8. Eccl. c.38. n.* 22. ſed à Deo gratis in vitam reuocamur verbo veritatis *Deut. c.32. n.29.*

Reg.2.

Digitized by Google

Reg. 2. c. 5. n. 7. Tob. c. 3. n. 2. Sap. c. 16. n. 13. Pſal. 102. n. 4. Iac. d. c. p. n. 18. quia verbum eius omnipotens eſt, & poteſtate plenum, ideo actum in ſe habet ſuum perficientem opus, propterea dixit, & facta ſunt. Ezech. c. 37. n. 9. & ſeq. Io. c. 11. n. 43. et 44. Sap. d. c. 16. n. 12. c. 18. n. 19. Eſd. 4. c. 6. n. 38. Pſal. 148. n. 5. et 6. per illud ideo ſuū Deus in nos immittit ſpiritū, per quem in hanc ſtatim exurgimus nouam vitam Io. c. 5. n. 25. c. 6. n. 64. Apoſt. ad Rom. c. 5. n. 5. ad Gal. c. 3. n. 3. et 5. Iac. d. c. p. n. 18.

Non ex noſtris ergo operibus, ſed ex mera Dei virtute, & gratia, noſtra hæc prima procedit, & pendet iuſtificatio, quod irrefragabili hac nobis demonſtrat Chriſtus propoſitione Io. c. 6. n. 44. & c. 14. n. 6. dicens: Quod *ad ſe venire omnino nemo poteſt, niſi ille, quē ad ſe traxerit pater*, & viceuerſa, quod *ad Patrem ire nemo poteſt, niſi per ſemet ipſum* noſtræ tamquam æternæ ſalutis oſtium, *quia ipſe, et Pater, vna cum Spiritu Sancto vnus ſunt Deus Io. c. 10. n. 30. a cuius illa mera procedit, et pendet liberalitate, et gratia. Ad Eph. d. c. 2. n. 8.* ſi ex illius autem mera gratia: *iam non ex operibus noſtris ad Rom. c. 11. n. 6.* ne quis glorietur, ſed qui gloriatur in Domino glorietur, qui, vt ſint, vocat ea, quæ non ſunt (quæ non exiſtentia eramus nos, qui tamquam mortui impotentes eramus noſtro in hanc nouam facto exurgere vitam) ad quam eius reuocati fuimus virtute, & gratia *Apoſt. ad Rom. c. 4. n. 17. p. ad Cor. c. p. n. 28. et 29. Io. d. c. 5. n. 25.* cum alijs ſuperius citatis.

Quod autem Apoſtolus ſententiam huiuſmodi ſic, vt ſupra, proferens de hac prima ſenſerit iuſtificatione ex ipſius patet manifeſtè verbis ad Rom. c. 4. n. 4. ſic ſe habentibus: *Si Abraham ex filiis fuiſſet iuſtificatus operibus, gloriam quidem haberet, ſed non apud Deum*, quia *proprijs ex operibus nemo iuſtificatur apud Deum. Ad Eoſdem c. 3. n. 20. et ad Gal. c. 2. n. 16* propterea ſcriptura non dixit: operatus eſt Abraham, *ſed dixit: credidit Abraham, et reputatum eſt illi ad iuſtitiam*, huiuſmodi ergo imputatio iuſtitiæ non ex operibus, ſed ex ipſa fit fide: idcirco ſubiungens ait: *Ei enim, qui operatur, non ſecundum gratiam, ſed ſecundum debitum merces imputatur: Ei verò, qui non operatur, credenti in eum, qui iuſtificat impium, fides imputatur ad iuſtitiam ſecundum propoſitum gratiæ Dei*, quia nemo, *niſi ſolus Deus poteſt facere mundum de immundo conceptum ſemine. Iob c. 14. n. 4. Mat. c. 9. n. 3. Luc. c. 7. n. 49. ſi ergo ex eius gratia, iam non ex operibus noſtris, alioquin gratia non eſſet gratia*

Apoſt.

Digitized by Google

Apoſt. ad Rom. c. 11. n. 6. quia gratia, vt gratia ſit; ab alio nullo beneficandi cauſam, & motum habeat oportet, quam ab ipſa mera beneficãtis liberalitate, & gratia; ex quibus fundamentis tamquam natura prioribus, atq; indubitatis quaſi ex præmiſſis inferendo dicto *ad Rom. c. 3. n. 28.* dixit: *Arbitramur ergo hominem iuſtificari per fidem ſine operibus legis*. Quod verò per hanc priorem illam in ipſo conſiſtentem mandatorum Dei obſeruantiam nõ intellexerit infirmare, vel deſtruere ſententiam, ex eodem *c. 3. n. 31.* manifeſtiſſimè patet, dum tacitæ obiectioni, quæ ex huiuſmodi præſtitutione ſibi fieri poſse animaduerterat ſententiæ, in ſe ipſum conuerſus ait: *legem ergo deſtruimus per fidem?* & reſpondens ait: *Abſit*: quia hoc dicere impium, & blaſphemum eſset, quia mandatorum Dei obſeruantia æterna, & immutabilis eſt. *Bar. c. 4. n. 1. 2. 3. et 4. Io. p. c. 5. n. 3.* propterea immediate ſubiungit: *immo legem ſtatuimus*: quia poſt primam iuſtificationem, vt dictum fuit, mandata Dei obſeruemus: neceſse eſt. Et tandem *Ad Tit. c. 3. n. 4. et 5.* ad huiuſmodi veniens declarationem *ſententiæ, ad Rom. regiſtratæ d. c. 3. n. 28.* ſic ait: *Cum autem apparuit benignitas, et humanitas Saluatoris noſtri Dei non ex operibus iuſtitiæ, quæ fecimus nos, ſed ſecundum ſuam miſericordiam*, quæ nullum alium motorem habet, *quam ſe ipſum Exod. c. 33. n. 19. ſaluos nos fecit per lauacrum regenerationis, & renouationis Spiritus Sancti, quem effudit ſuper nos abundè per Ieſum Chriſtum Saluatorem noſtrũ.* In hac conſequenter ſe declarans ſententia de illa duntaxat in indiuiduo locutus eſt, & ſenſit iuſtificatione, *quæ à Deo per præfatum nobis impertitur regenerationis lauacrum*, quod ſacroſanctum eſt baptiſmatis ſacramentum *ad Epheſ. c. 5. n. 26. & 27.* quam nos primam ad aliarum differentiam poſt eam perficiendarum iuſtificationum iuſtificationem appellamus: de eadem ſic dumtaxat in indiuiduo ſenſerit, & locutus fuerit iuſtificatione in ipſa declarata ſententia, conſequens eſt, quia declarans, & declaratum vnum ſunt ſubſtantia tantum, cum in alio inter ſe non differant, quam in ipſa verborum luculentia, quæ non mutat, ſed patefacit loquentis ſenſum. Si ergo de ea illam ſic proferendo ſenſit, & intellexit, de ea ſic & nos illam intelligamus, oportet, quia verba non ad libidinem interpretantium, ſed ſecundum mentem illa proferentium interpretanda, & intelligenda ſunt, huiuſmodi ergo eorum ſublato fundamento, ſicut eorum corruit opinio, ipſi

ſic

Digitized by Google

ſic præfatæ concedant, & acquieſcant veritati, neceſſe eſt. *Eccl. c.16.n.29. Apoſt. ad Heb.c.12.n.25. Sap.c.3.n.9.* nam & in ipſa quoq; videmus generatione naturali, quod vnuſquiſq; noſtrum ſuis proprijs abſq; operibus à ſuis progignitur parentibus, poſtquam verò in lucem eſt editus, & in hanc mundanam exurrectus vitam, eam vt viuat, opera operetur vitæ, neceſſe habet, quia, vt dictum fuit, ſi vita nil aliud eſt, ipſe quam viuendi actus, ſuo illa ſine actu perſeueret, & conſeruetur, impoſſibile eſt, alias vita à ſe ipſa procul abeſſe poſſet, quod dicere valdè abſurdum, & inconueniens eſſet: Sic & non aliter iuſtitia per fidem acquiſita, noua quæ noſtra eſt vita, ſine operatione iuſtitiæ, iſtius quæ eſt actus vitæ, perſeueret, & conſeruetur, impoſſibile eſt, quia ſicut eadem viget naturæ repugnantia inter actus edere, & non edere vitæ, quæ viget inter ipſam viuere, & non viuere vitam: ſic inter iuſtæ actus edere, & non edere vitæ: & iuſtam viuere, et non viuere vitam *Iſa. c.26.n.7. Pſal.118.n.3. Prou.c.2.n.20.c.4.n.19.* B. propterea *Io. ſua p.d.c.3.n.7.* ait: *filioli nemo vos ſeducat* vos videlicet contrarium docens, quia vobis in veritate dico; *Quod ille verè iuſtus eſt, iuſtitiam qui facit*, quia naturæ ipſius iuſti repugnans eſt ab ipſa recedere iuſtitia, illius quia præuaricatio peccatũ eſt, vt ſuperius demonſtratũ fuit. Si verò anima, quæ peccat, verè peccatrix eſt peccatrix verò quę eſt, ex diabolo etiã eſt: ex diabolo autẽ quæ eſt, reproba; & vt reproba damnanda eſt: reproba autem, & damnanda in infernum depellenda eſt *Pſal.49.n.16. & ſeq. fere vſq; ad fin. Pſal.9.n.18. Prou.c.10.n.16.c.12.n.28. Ezech.c.18. n.4.10.11.12.13. Io.p.d.c.3.n.6.8.10.12.15.c.4.n.20.c.5. n.16.& 3. Gaio n.11. Apoſt.p.ad Cor.c.6.n.9.& 10. ad Gal.c.6. n.7.8. & 9. ad Eph.c.4. n.17.18.& 19. Iud.n.15. Apoc.c.21. n.27.c.22.n.15.*

E' contra verò iuſtitiam quæ facit, iuſta eſt: iuſta verò ex Deo eſt: ex Deo autem quæ eſt, electa, & ſaluanda eſt: electa autem, & ſaluanda in cœlum recipienda eſt. *Pſal.65.n.9. Pſal.102.n.18. P.111.n.p.& 9. Ezech.d.c.18.n 9. Io.p.c.2.n.3.4.5.24.& 29. d.c.3.n.6.7.9.& 24.c.4.n.7.& 16.c.5.n.3.et 2. Electræ n.6.& 3. Gaio n.11.* & prædicta reſpectiuè mutuò ſunt ſibi exaduerſo contraria, ſeſeq; viciſſim impugnant, & inuicem tollunt *Eccl.c.33. n.15.* animaq; noſtra eſt vna tantum, atq; indiuiſibilis, conſequenter etiam ſicut vno, & eodem tempore ſimul non poterit illa eſſe

pec-

Digitized by Google

peccatrix, & iuſta: ex diabolo, & ex Deo: reproba, & electa: damnata, & ſalua: in inferno, & in cœlo, ſic illorum excluſa: & ab Eccleſia approbata firma maneat ſententia & conſequens eſt, & confiteantur oportet, Redeuntes modo vnde digreſſi ſumus pro ſolutione quartæ difficultatis, ſcire vt valeamus, quomodo ſpiritus noſter, qui in ſe ipſo materiæ eſt penitus expers in hac cum ſpiritu Dei vnitate locum ſubeundo materiæ, illius re valeat ſuſtinere vices: ſpiritus verò Dei, qui in ipſa locum tenet formæ, omnia penitus operetur, & agat, totam ſpiritus prænoſcamus eſſentiam, neceſſe eſt, de qua cum in capite de illius eſſentia eius proprio tamquam loco in tractatu de Homine plenius tractabitur, illuc, vbi opus eſſet, eſſe recurrendum monere ſatis viſum fuit, hoc tantumodo hic ad clariorem infradicendorum intelligentiam repetentes: Quod videlicet ipſa ſpiritus eſſentia ex tribus mutuis conſtat relationibus inter ſe quidem diſtinctis, ab inuicem tamen ſecundum formalitatem ipſa inſeparabilibus ſubſtantia, quarum ſubordinata operis ſuppeditatione interna illius recta omnis abſoluitur operatio, quæ ſunt intellectus, memoria, & voluntas: quarum omnium principium ipſe eſt intellectus, qui per ſe ad intelligendum ſe excitans ex huiuſmodi excitationis actu, velut igniarium ex ſuæ attritionis actu ſcintillas excutit, actus ſic ille intellectiuos exſuſcitat, propriæ quæ ſuæ ſunt dilatationes, ſeu proceſſiones ſubſtantiæ, quas notas quaſdam occurrentes ſibi veritates ſuæ non obſcuræ indices immortalitatis ſubſtantiæ eſſe cognoſcimus, per quas tamquam ſemitas, ac media quæſitæ inueniendæ diſcurrens veritatis, ad eam inueniendam, quæ appoſitiora ſibi eſſe videntur ſeligens, & non appoſita refellens, quaſi cribro eam ventilans ex aptioribus iudicium format, ex quo tamdem ab omni iam ſorde nugationis emundatam, & expurgatam elicit virtutem, quæ omnia ſic, vt ſupra, capta, & intellecta vno poſſunt omnia appellari nomine intellectiones, quæ quatenus ſic capta, & intellecta ab ipſo non differunt intellectu, quia vnum cum ipſo ſunt ſubſtantia tantum, licet diuerſis conſiderata reſpectibus diuerſis quoq; nomenclentur nominibus, nam ad agentem relatæ intellectum quatenus illarum eſt agens, & illius dicuntur potentiæ intellectiuæ naturales actus, ſeu proceſſiones, & dilatationes ſubſtantiæ illius, cum qua in eſſe formali vnum ſunt ſubſtantia tantum, quia eatenus agens eſt, id quatenus agit, quod

agere dicitur: quatenus verò per eas viuit intellectus, & illius dicuntur eſse vita, quæ cum ipſo eſt vnum viuente, quia quis eatenus viuens eſt, quatenus ipſa comite vita viuit, nam nil aliud eſt vita ipſum quam viuere, quod viuendi appellamus actum, cuius retentio ipſa dicitur conſeruatio vitæ, dictæ autem intellectiuæ actus vitæ ipſæ cum ſint intellectiones, vt diximus ſupra, ex quibus ab intellectu in eiuſmet naturalibus potentiæ viribus apud ſe retentis memoria formatur, quæ nil aliud eſt, quam mutua intellectus in ipſis intellectionibus, & ipſarum intellectionum in ipſo intellectu permanſio: ex ipſa autem ſic, vt ſupra, denudata, ac in intellectu retenta veritate cum, optima quæq; ſunt, manifeſtè pateant, optima verò cum ſint ipſius obiectum, & proprium voluntatis pabulum, ex quo illa alitur, enutritur, & viuit, ex eorũ propterea manifeſtatione in ipſa ipſorum gignitur placor, qui ſuæ eſt proprius appetitionis actus, quo ea propriæ velut alimenta vitæ haurit, ac deglutit, ſic hauſtis, & deglutitis ex eorum quoq; enutritur, & viuit perpetua iucunditate. His ſic præmiſſis dicemus: quod ſicut in hoc noſtræ humanitatis compoſito caro noſtra ſe habet ad ſpiritum noſtrum intellectiuum, & è contra: ſic ſpiritus noſter in hoc nouo homine (excepta naturalitate) ſe habet ad ſpiritum Dei: & è contra ſpiritus Dei ad ſpiritum noſtrum: nam quemadmodum caro, nec per ſe neque in hoc compoſito noſtro percipit, percipereue poteſt, niſi ea, quæ ipſius ſunt. *Apoſt. ad Rom. d. c. 8. n. 5.* propriæ quoniam limites ſpeciei, intra quos à Deo circumſcripta, & concluſa ſunt, erumpere non poteſt, alioquin daretur tranſitio ſpeciei ad ſpeciem, & ſpecies cunctæ, ordine quæ miro à Deo ab inuicem diſtinctæ, & ſeparatæ fuerunt, inter ſe confunderentur omnes, ad ea propterea, ſpiritus quæ ſunt hominis, caro ſe extendere non poteſt, ea nec percipere, ſuę quoniam ſunt ſuperiora naturæ, & intra limites alterius conſtituta ſpeciei, ad ea per conſequens tranſcendere, ea vel percipere nullo modo poteſt. Ea ſic, hominis quæ ſunt, ipſe ſolus percipit ſpiritus hominis, qui in ipſo eſt; quæ verò Dei ſunt, ſpiritus hominis non percipit, percipere nec poteſt, ſuæ quoniam finitæ infinitè ſunt ſuperiora naturæ, propriæq; ſuæ nec poteſt erumpere limites ſpeciei, intra quos à Deo circumſcriptus, & clauſus fuit ratione ſuperius adducta, Propterea *Apoſt. p. ad Cor. c. 2. n. 11.* dicit: *quod ea, quæ ſunt hominis, ſicut percipit nemo, niſi ſpiritus hominis*

minis, qui in ipſo eſt. Sic ea, quæ Dei ſunt, percipit; perciperene poteſt nemo, niſi ſpiritus ipſe Dei, qui in Deo eſt; *ſine Deo propterea ea intelligamus, impoſſibile eſt. Iſa. c.64. n.4.*

Ecce ergo, quod ſicut caro ſe habet ad ſpiritum noſtrum in hac naturali humani compoſiti noſtri vnitate: ſic ſpiritus noſter ſe habet ad ſpiritum Dei in hac gratuita noui noſtri hominis mutua ſpirituum adhæſione, ſeu vnitate. Neq; obſtat, ſi dicatur: quod inter æquiparata non eadem in compoſito vigeat proportionis, ſeu ſuppoſitionis paritas; quia etſi caro huic ſpiritui noſtro pura tamquam materia adhærere valeat, non ſic ſpiritus noſter diuino poteſt adhærere ſpiritui; quia eius eſſentia, vt dictum fuit, ipſe eſt intellectus, memoria, & voluntas, ſine quibus actu inueniatur impoſſibile eſt, alias ſuis careret ſubſtantiæ principijs. Nam & caro in hac cum ſpiritu noſtro hypoſtaſis vnitate, ſuis etſi in ſemet ipſa nunquam careat ſubſtantiæ principijs, cum ſenſibilium appetitiua, & ad ſuos prona eſſe appetitionis actus deſinat nunquam: ſicut & ita eſſe actu experimur practico, ac ſacra monemur auctoritate *Apoſt. ad Rom. c.7. n.23. & 2. ad Cor. c.12. n.7.* in ea tamen ſpiritui noſtro, vti obediens materia, non imperando, nec agendo, ſed ſe moueri, & agi patiendo ſubiecta ſemper iaceat, oportet, ſpiritus verò ei, vti agens forma, in eadem ſemper præſidens vnitate imperat, & operatur omnia *Gen. c.4. n.7. Sap. c.15. n.11.*

Ita & ſpiritus noſter, etſi in ſemet ipſo ſuis nunquam careat ſubſtantiæ principijs, cum eorum, ſuæ quæ ſunt propria naturæ, appetitiuus, ad ſuæq; perpetuò pronus intellectionis, ac liberæ voluntatis actus deſinat eſſe nunquam, in hoc tamen noui noſtri hominis gratuito, ac ſupernaturali compoſito diuino ſemper huic ſpiritui, vti obediens materia, non imperando, non agendo, ſed ſe moueri, & agi patiendo ſubiectus iaceat, oportet: diuinus verò ſpiritus, vti agens forma, non patiendo, ſed imperando, agendo, & mouendo in eodem ei præſidet compoſito, & operatur omnia. *Sap. c.10. n.16. & ſeq. Iob c.12. n.14. Iſa. c.22. n.22. Io. c.15. n.5. Apoc. c.3. n.7. Apoſt. p. ad Cor. c.12. n.6.* Propterea *ad Rom. d.c.8. n.14.* vniuerſali affirmatiua concludens ait: *quod, ſpiritu Dei quicumq; aguntur, hi filij Dei ſunt*, & noui huiuſmodi homines.

Nam ſi vt intellectus noſter creatus, conſilij, ac internorum conceptuum alterius ſimilis creati particeps fiat, atq; fieri valeat intellectus, ante omnia ex neceſſario antecedenti requiritur, vt

 illi

Digitized by Google

illi ſe voluntariè, non tamquam agentem præbeat formam, ab eo interna conſilij illius extrahentem ſecreta, ſed puram tamquam ſubiectibilem ſe præbeat materiam appetitiuam, præſtolantem, & ſuſceptiuam communicationis conceptuum illius, ac ſimplicem velut aurem, proprium cuius eſt munus non alterius educere, ſeu excitare, ſed ſuſtinere, & præſtolari vocis auditum *Prou. c.p. n.5. 23. & 33. c.2. n.2. Eccl. c.3. n.31. Pſal.17. n.45.*

Neque ad prædictam ſui ipſius velut materiæ informationem hoc ſatis eſt, ſed & inſuper neceſſe habet, vt ab informantis ſe ſpontanæa voluntate per medium congruum, & aptum hanc a ſe expectatam ſuſcipiat informationem; quod medium ipſum eſt verbum, vel viua voce, vel ipſamet ſcriptura expreſſum *Prou.c.p. n.25. Sap. c.6. n.27. Eccl. c.23. n.7.* nam ſicut ruſticatio velut medium de ligno illius nobis oſtendit fructum, verba ſic ex cogitatu cordis hominis illius tamquam medium ipſius nobis manifeſtant ſenſum. *Eccl. c.27. n.7.*

Inſuper & neceſſe habet, verborum vt illorum ſignificata noſcat; alioquin præfatam barbaro tamquam ſibi ſermone ſubminiſtratam actu minimè ſuſcipiet communicationem, ſeu informationem *Apoſt.p. ad Cor. c.14. n.9. 10. & 11.*

Si ergo ſpiritus noſter ad alium ſpiritum ſimilem ſibi, vt pura, ac patiens ſe habeat materia, ac tanta, ac talia ad ſui ſunt ſibi neceſſaria informationem, illius vt valeat particeps fieri intellectionis intellectus etiam quod ea, quæ ſibi participanda veniunt, ſint ſibi conaturalia, & ſuo ſubiectibilia intellectui, cur non ita erit, ac infinite magis in his, à ſua quæ ſunt penitus erepta natura, & in diuina illa recondita mente, intra quam nullus poteſt introſpicere intellectus? In diuino .n. Altiſſimi quis vnquam affuit conſilio, eius vt nouerit ſenſum? nullus certè, nec etiam ſublimiores ſpiritus cœleſtes illi, eius diuinæ qui perpetuò aſſiſtunt maieſtati *Iob c.28. n.11. 12. 20. 21. & 23. Sap. c.9. n.13. Iſa. c.40. n. 13. & 14. Apoſt. ad Rom. c. 11. n. 34.* Si ita e noſtrum cur intellectum, noſtræ tamquam intellectionis formam, ad intelligendum excitare conamur, eius vt medio diuina capeſſere poſſe præſumamus? *Sap. d. c.9. n.16. & 17. Iſa. d. c.40. n.28. c.64. n.4. Luc. c.24. n.45. Io.p. c.5. n.18.* Diuina ergo, ſi noſtræ ſunt infinitè ſuperiora naturæ, noſter per conſequens intellectus ſe ipſum ad intelligendum per ſe mouens ex quibuſcũq; intellectiuis ex ſe exuſcitatis actibus

eorum

Digitized by Google

eorum intra ſe vllam pariat intelligentiam, impoſſibile eſt, illorum quia intellectio non proprij ſui, ſed diuini eſt proceſſio intellectus, ſuæ nec intra, ſed extra eſt limites ſubſtantiæ, atq; naturæ, in ſolo quoniã, a quo procedit, eſt recondita Deo *Iob d.c.28.n.11. 12.20.21.23.27. Eccl.c.p.n.8.9.22. & 23. Apoſt. p. ad Cor. c.2. n.11.* Sic per quamcumq; quamtumuis præexcellentem ex ſe exuſcitatã intellectionẽ, in propriæq; ſuæ vi naturalis potentiæ apud ſe retentam illorum vllam formet memoriam, impoſſibile eſt, illorum quia intelligentia, ex cuius retentione diximus formari memoriã, non à propria procedit, & pendet ſubſtantia, illius nec intra eſt limites conſtituta naturæ, eam vt in proprijs valeat apud ſe retinere viribus. Horum neutrum valens: ea nec velle poſſit, conſequens eſt, non ſolum, à ſua quoniam ſunt natura erepta natura, in ſolo cum ſint conſtituta Deo, verum etiam, quia natura ad ignota noſtra non fertur voluntas, alias, ſi intra alienum quæ ſunt recondita intellectum, per ſe præcisè velle poſſet, vel vnus tantum eſſet omnium intellectus, vel omnis in ſe ipſa re vera eſſet diuiſa eſſentia intellectus. Nulla ergo noſtri ſi eſſentiæ pars intellectus circa diuina per ſe agendo ſe mouere, & ex ſe operari poteſt, ipſe per conſequens intellectus noſter in nouo hoc homine noſtro, ſeu iſta filiatione Dei non vt agens forma, ſed benè, vt pura, & obediens ſe habeat materia, neceſſe eſt, ſi autem in eo, ſeu ea ſe habet, vt pura, motibilis, & obediens materia, ab alio etiam per conſequens vti agente forma agatur, & moueatur, oportet, quæ ſic agens forma ipſe eſt in dicto homine nouo, ſeu Filio Dei inhabitans Spiritus Dei, qui omnia in omnibus illis eſt, & omnia in omnibus operatur: ecce ergo: quod noui qui ſunt homines, ſeu filij Dei, hi ſunt, Dei qui aguntur ſpiritu, vt dicit *Apoſt. ad Rom. d. c.8. n.14. Io. d. c.15. n. 4. & 5. Iſa. d. c. 26. n. 12. Ezech. d. c.36. n.27. cum alijs ſuperius alleg.*

Nulla ergo noſtri ſi eſſentiæ ſpiritus intellectiui pars per ſemet ad diuina capeſſenda ſe mouere poteſt, cum ſuæ non valeat limites tranſcendere ſubſtantiæ, & hoc a ſacra locis ſupra citatis ſit definitiuè determinatum ſcriptura, ſed à ſpiritu diuino in nobis ex gratia inhabitare, & operari dignante hæc procedunt, & pendent omnia, ipſa per conſequens ad diuina excitatio intellectus non noſtræ eſt noſtri, ſed diuinæ diuini ſpiritus huiuſmodi potentiæ actus *Pſal.50. n.8. Pſal.26. n.p. Pſal.33. n.6. Pſal. 118. n. 18.*

34.

Digitized by Google

34. 125. *Iſa. c.50. n.5. Eccl. c.51. n.23. Apoſt. ad Rom. c.10. n.17.* propter hoc diuinorum intellectus ex ſacroſanctæ Eccleſiæ decreto diuini huius dicitur eſſe donum ſpiritus, cui noſter tamquam materia ſe ſubijciens ſpiritus in omnibus, & per omnia ei acquieſcendo, ab eoq; ad illius libitum ſe permittendo, ac patiendo deferri, adhærere dicitur, ei autem ſic adhærens vnus cum eo in huiuſmodi nouitatis compoſito efficitur, & eſt intellectus. Illorum ſic memoria, quæ ex mutua formatur agentis intellectus, & intellectionis ipſius permanſione non noſtra, ſed diuini ſit huius intellectus conſequens eſt, cum vterq; horum, ex quibus illa formatur, diuini huius ſit ſpiritus, cui noſtra ſe tamquam materia ſubijciens, & in ea perpetuò permanens adhærere dicitur, cum ea autem in dicto adhærens compoſito vna fieri dicitur, ac verè ſit memoria, nam earumdem diuinarum memoratio rerum à mouente forma motæ communicata materiæ vtraq; in eodem ſimul creato manente ſuppoſito vna tantum dicitur, & eſt verè memoria *Pſal.* 111. *n.*7. *Sap. c.* 16. *n.* 11. eorumdem ſic agendorum voluntas diuina cum ſit ſpiritus huius in noſtram voluntatem inſpiratio voluntatis, cui ſic inſpiratæ noſtra tamquam pura materia ſe voluntariè ſubijciens adhærere dicitur, adhærens autem vna cum illius dicitur effici, & verè ſit voluntate voluntas, quoniam diuina illa in ſe ipſam noſtram abſorbet voluntatem voluntas, in huiuſmodi autem nouitate noſtra noſtra abſorpta voluntas non noſtra amplius, ſed diuina tantum inuenitur, & ſit verè voluntas, conſequens eſt, propterea *Iſa. c.* 58. *n.*3. *&* 13. ſcriptum eſt: Quod in actibus diuinæ huius à nobis cooperandæ voluntatis noſtra in diuina tamquam penitus abſorpta *omnino inueniri non debet voluntas.* In noſtra ergo nouitate, ſi non noſtra debet inueniri voluntas, ſed diuina tantum, hæc etiam vna: non noſtra, ſed diuina ſit voluntas, conſequens eſt. Nam in eodem ſi ſuppoſito duæ ſimul in omnibus, & per omnia in vnum concordantes inuenirentur voluntates, vna tamquam mouens forma, alia tamquam ſuſceptiua, & mota materia, non duæ, ſed vna tantum in huiuſmodi eſſet formalitate voluntas, ſpiritus ergo noſter à præfatis eius ſingulis eſſentiæ partibus, quæ omnes ſimul iunctæ vna illius ſunt ſubſtantia tantum non coacta, ſed libens naturales ſuos omnes cohibens, ac in ſe ſupprimendo retinens motus, & actus puram motibilem materiã libens diuino huic ſe exhibeat ſpiritui

Digitized by Google

tamquam mouenti formæ ex gratiâ in ſe inhabitare, & operari dignanti, vt ſecundum diuinam ipſius voluntatem ab eo moueatur, agatur, & deferatur pro libera formæ in ſibi ſubiectatā materiam imperij libertate, vnus in huiuſmodi eſſe formali cum eo erit ſpiritus tantum, vt per Apoſtolum idem Dei affirmat ſpiritus *P. ad Cor. c.6. n. 17.* ex quibus iam ſufficienter quartæ ſatisfactum eſſe videtur difficultati. Pro ſolutione modo quintæ dicimus, quod ſicut forma in ſe ipſa vna, atq; indiuiſibilis ab omni alia diſtincta, & ſeparata exiſtens ſuo dat eſſe formato vnum indiuiſibile ab omni alio diſtinctum, & ſeparatū, ſic formatum ab ea ſuum recipiens eſſe formale ab omni alio formato ſit quid diſtinctum, & ſeparatum poſtulat ratio: nouus ſic homo noſter à Dei ſpiritu, tamquam à forma vna, & indiuiſibili ab omni alia diſtincta, & ſeparata nouitatis ſuæ recipiens eſſe formale in eodem ſic eſſe formali ſuo à veteri illo, qui ante fuerat, quid diſtinctum, & ſeparatum ſit, conſequens eſt, quod nunc ergo eſt, verè non erat prius, & quod prius erat, iam non ſit amplius, etiam conſequens eſt, nam in manu Dei ſumus, tamquam lutum in manu figuli, qui ſicut ex vaſe vno poteſt, ſicut ei placet, facere vas alterum, ſic & multo magis Deus ſua omnipotenti manu ex hoc humilis figmenti noſtri vaſe demiſſo præclariſſimum poteſt facere vas alterum, & noſtram in ſublime extollere exiguitatem ex ipſius teſtimonio *Ier. c.18. n.4. & 6. Eccl. c.11. n.24. c.33. n 13.* Samuel propterea *Reg. p. c.10. n. 6. & 7.* Sauli in verbo Dei prædixit, quod, cum ei in via quædam eueniſſent ſigna, in eum ſtatim deſcenſurus eſſet ſpiritus Dei, cuius virtute, & gratia in virum confeſtim mutaretur alterum ab eo, qui prius fuerat, in quem mutatus faceret poſtea quæcumq; eius inueniret manus, ideſt quęcumq; agere interius à Dei excitaretur ſpiritu, à quo quicumq; ſic ad agendum mouentur, & aguntur, hi verè Dei filij ſunt, vt ipſe *Apoſt.* atteſtatur *ad Rom. c.8. n.14.* idem propterea *2. ad Cor. c.13. n.5.* ait: *An non cognoſcitis, quia Chriſtus eſt in vobis?* qui Dei in myſterio ſapientia exiſtens *P. ad Cor. c. 2. n. 7.* *quæ in medio noſtri habitans ſemitarum iudicij Prou. c.8. n.20. c. p. n. 23.* nos erudit, erudiens ait: *Hæc eſt via ambulate in ea, & non declinetis ad dexteram, neq; ad ſiniſtram Iſa. c.30. n. 21. & Prou. c.4. n. 27.* ipſa autem nos ſic erudiente tunc fiducialiter ambulabimus, & pes noſter non impinget, quia ſpiritus Domini in nobis exiſtens, & ad agendum ſic nos mouens,

& agens

Digitized by Google

& agens *rectos faciet curſus noſtros, & itinerà noſtrà producet in pace* quouſq; ſalutem conſequamur *Prou. c. 3. num. 23. & 26. c. 4. num. 27. Pſal. 142. num. 11. ſic faciens, & producens in nobis dicitur operari, & verè operatur omnia. Apoſt. p. ad Cor. c. 12. num. 11. Iſa. c. 26. num. 12. d. Pſal. 142. num. 11.* nam ſi recti operis operandi principium, & cauſa ipſe eſt illius rectè operandi præcognitio vera, quæ à Diuina in nos prouenit ſapientia, ſi ita, *quis horum, quæ à nobis fiunt, magis, quam illa eſt artifex, quæ ſic agens in nobis,* vt dictum eſt, *operatur omnia Sap. c. 8. num. 5. & 6.* Viuentis præterea actus ipſa cum ſit viuentis vita, & actus omnis ab ipſa immediatè procedit, & pendet forma, hinc eſt, quod, quæ loco materiæ in ipſo ſtant formato, etſi in ipſo cum ipſa ſimul dicantur & ipſa viuere viuente forma, non tamen propter ſe ipſa, ſed propter eorum dicuntur viuere formam, illam eis, quam in ſe ipſa habet, dantem viuere vitam, Chriſti propterea ſpiritum, noui qui huius eſt hominis forma, qui habet non propter ſe, ſed propter Chriſtum eorum viuentem dicuntur viuere formam, quod nobis & ipſe manifeſtare volens poſtquam *Io. c. 15. n. 5.* nos edocuiſſet, quod noui huius hominis noſtri formalitas mutua eſſet illius in nobis, & noſtri in eo perpetua permanſio, *eiuſdem c. 5. n. 26. & c. 6. n. 58. & c. 14. n. 10. & 11.* ſic ſubiungens ait: *quod quemadmodum per mutuam Patris in ſe, & ſui in Patre permanſionem Pater in ſe vitam habens ſibi dat vitam habere in ſemet ipſo*, ipſe verò hanc à Patre recipiens vitam *propter ipſum viuit Patrem* ſuæ tamquam generationis immobile principium: ſic & nos per mutuam illius in nobis, & noſtri in eo permanſionem ipſe in ſe vitam habens *nobis etiam dat habere vitam in nobis*, hanc autem ab eo nos recipientes vitam, non propter nos, ſed propter eum noſtræ tamquam ſpiritualis generationis, & vitæ immobile principium viuimus, *ſicut ipſe viuit propter Patrem Apoc. c. 3. n. 14. Iac. c. p. n. 18. Act. Apoſt. c. 4. n. 12.* quod nobis magis notum facere volens *Io. c. 14. n. 6. ait: Ego ſum vobis via, veritas, & vita,* ex quo idem *B. Io. ſua P. c. 5. n. 11. 12. &* 18. inferens ait: *filium ergo in ſe qui habet, vitam habet, eum qui non habet, vitam non habet*, quia ipſe æterna eſt vita illa, *quam nobis promiſit Pater, vt per eum viuamus, quia noſtra eſt verè vita Io. p. c. 2. n. 25. c. 4. n. 9. c. 5. n. 18. Apoſt. ad Coloſ. c. 3. n. 4.* qui autem ſic, vt ſupra, propter Chriſtum in ſe tamquam formam viuentem, & manentem viuit,

& ſi

Digitized by Google

& ſi ipſe etiam propter Chriſtum viuere dicatur, & in ipſo verè viuat *Act. Apoſt. c.17. n.28.* propriè tamen nō ipſemet, ſed Chriſtus magis in ſe ipſo viuere dicendus eſt, *quod Apoſt. ad Gal. c. 2. n.*30. in ſpiritu Dei animaduertens, Chriſtum in ſe viuentem exaltando ait: *Viuo autem, iam non ego: viuit verò in me Chriſtus &c.* quam veritatem nobis manifeſtare voluiſſe confitetur, vt gratiam Dei non abijceret, quoniam quod per gratiam Dei ſcimus, ad gloriam Dei manifeſtare tenemur, vt per nos *gratia Dei in alterutrum ad ædificationem ab eo quemadmodum accepta fuit, liberè diſpenſetur. Pet. p. c.4. n.10.*

Propterea ſcriptum eſt: Quod *quam à Deo accepimus non debemus occultare, vel vendere ſapientiam, vel veritatem, ſed illam gratis ex animo communicare, prout gratis nobis ab eo communicata fuit Sap. c.7. n.13. Prou. c.23. n.23. Mat. c.10. n.8.*

Quomodo .n. nos verè fratres Ieſu Chriſti, & filij Dei eſſe poſſemus, niſi in nobis verè noſtræ tamquam nouitatis forma ineſſet Chriſtus, qui ſolus eſt verè Dei filius, ac nouæ creaturæ illius principium, in illa tamquam forma primatum tenens, ac omnia in ea operans, & agens? *Apoſt. ad Rom. d. c.8. n.29. ad Coloſ. c.p. n.18. & 19. c.2. n.9. ad Gal. c. 5. n. 5. Apoc. c.3. n. 14. Eccl. c. 24. n.11. & 13. Sap. c.10. n.16. Oſe. c.14. n.9.*

Nam etſi in hoc mundo nondum nobis appareat manifeſtè, quod verè Dei filij ſumus, ſcimus tamen, quod cum apparuerit, ei ſimiles erimus, quia tunc videbimus, quod ipſe vti forma in nobis ineſt verè: nos vero in eo vti materia: in ipſo autem ſubſtantialiter Pater: hoc autem videntes verè cognoſcemus: *quod ex ipſo, in ipſo, & per ipſum ſumus, viuimus, atq; mouemur Io. c. 14. n.20. c.17. n.23. & eius p. c.3. n.2. c.4. n.17. Act. Apoſt. c.17. n.28. Apoſt. ad Rom. c.11. n. 36. p. ad Cor. c. 8. n. 6.* immo potius ab ipſo vti forma in nobis exiſtente, viuente, ſe mouente, & operante mouemur, agimur, vitam, & vitæ operationes inſumimus. *Apoſt. ad Gal. d. c. 2. n. 20. ad Coloſ. d. c. p. n 18. & 19. c. 3. n.3.4. & 11.* Ab eo autem noſtræ tamquam nouitatis forma moti, & acti *eius fratres, & filij Dei efficimur. Apoſt. ad Rom. d. c. 8. n.14. ad Gal. d. c.2. n.20. ad Eph. c. p. n.19. Pet.2. c.p. n.4.*

Eius propterea ſpiritus in nobis inhabitans dicitur *teſtimonium ſpiritui noſtro reddere, quoniam verè filij Dei ſumus. Apoſt. ad Rom. d. c.8. n.11.*

Digitized by Google

Nam ſi ſupernaturalia, quæ naturaliter ſciamus impoſſibile eſt, ſcimus, eius ſit ſpiritus, ea qui ſolus nouit, qui in nobis noſtræ tamquam nouitatis forma ea intelligens, intelligere nos faciat, fateamur oportet. *Iſa. c.64. n.4. Mat. c.* 11. *n.* 27. *Luc. c.* 10. *n.*22. *Io. c.p. n.* 18. *c.6. n.*46. *c.*7. *n.*22. *c.*8. *num.*19. *c.* 10. *num.*4. *&* 15. *c.* 14. *num.*26. *c.* 16. *num.*13. *Luc. c.*24. *num.*45. *Sap. c.6. num.*14. *p. ad Cor. d. c.* 2. *num.* 11. *&* 12. *ad Eph. c.* 3. *num.* 18. *&* 19. *Eccl. c.*4. *num.*21. *c.*24. *num.*38.

Etſi à ſeruitute liberamur corruptionis, & abſq; eo continentes ab ea eſſe non valemus, ſit ipſe, qui in nobis exiſtens ab ea nos liberet, fateamur oportet *Apoſt. ad Rom. c. 6. num.* 10. *c.* 8. *num.*21. *ad Gal. c.*4. *num.*31. *c.*5. *num.*13. *Io. c.*8. *num.*36. *Sap. c.*8. *num.* 21.

Etſi terreni cum ſimus, cœleſtia tamen affectamus, idem fateamur oportet, quia à ſimilibus ſimilia naturaliter appetuntur, & ad ea congregantur omnia. *Apoſt. ad Rom. d. c.* 8. *n.* 26 *&* 27. 2. *ad Cor. c.*5. *n.*2. *&* 4. *& ſeq. vſq; ad* 10. *Sap. c.*2. *n.* 15. *&* 25. *Eccl. c.*27. *n.*10. *Io. c.*15. *n.*19.

Etſi nobis placentia propter Deum promptè abijcimus, & diſplicentia libenter amplectimur, & patienter ſuſtinemus, non noſter, ſed Chriſti ſit ſpiritus, cuius ipſa patientia eſt præcipua virtus, qui eiuſmodi in nobis operetur, fateamur, oportet. *Apoſt. ad Gal. c.*3. *n.*3. 2. *ad Teſ. c.* 3. *n.* 5. *ad Rom. c.* 5. *n.* 3. 4. 5. *c.* 8. *n.*26. *& ſic de ſimilibus:* ſi ergo eſt ſpiritus Chriſti, qui in noſtro tamquam forma hæc omnia operatur, & agit, & noſter ei tamquam materia adhærens vnus ſic cum eo ſit ſpiritus: eius conſequenter ſpiritus in noſtro ſic agens ei teſtimonium reddere dicitur, quoniam vnum cum eo per ipſum facti, *verè filij Dei ſumus Eccl. c.* 36. *n.*17. *Apoſt. ad Rom. d. c.*8. *n.*16. 2. *ad Cor. c.*13. *n.*5.

Nam quemadmodum in ſenſibili corpore noſtro in noſtri velut materia compoſiti ſpiritus intellectiuus noſter eiuſdem noſtri velut forma compoſiti ineſt, eiq; in omnibus, & per omnia præſidet: in ſpiritu ſic noſtro in hac noſtræ nouitate vitæ ipſe ineſt, ac ei in omnibus, & per omnia præſidet ſpiritus Chriſti, per conſequens etiam ſicut ſpiritus noſter eſt in nobis hominis eſſendi, & quæ illius ſunt intelligendi, memorandi, volendi, agendi, & operandi potentia, principium, vitæq; actus, & vitamet ipſa: ſic ſpiritus Chriſti in nobis noui eſt hominis noſtri eſſendi, & quæ illius

ſunt

ſunt intelligendi, memorandi, volendi, agendi, & operandi potentia, principium, vitæq; actus, ac vitamet ipſa: ſic noſter in omnibus his tamquam materia omnimodam de ſe illi patientiam præſtet, neceſſe eſt, ad hoc vt ille, eius tamquam forma in ſemet ipſa, diuina exiſtens, ſupernaturalia per ſe intelligens, memorans, volens, operans, & agens, in ſe quoq; pro eius libito inexiſtendo, ſic intelligendo, memorando, volendo, agendo, & operando ſe faciat vnum ſecum eſſe formatum ſecundum Deum exiſtens, intelligens, memorans, volens, operans, & agens, non quod noſter ſic vel in Deum tranſubſtantiatus ſit, vel in ſe ipſo per ſe ſit factus ſupernaturalia intelligens, memorans, volens, operans, & agens, ſed quia tamquam materia vnum cum ſua effectum formale forma, ſuæ quoq; quæ competunt formæ quatenus tamen ad hanc nouitatis ſpectant formalitatem, eiq; conueniunt, ſibi quoq; non quidem ſuæ vt propria naturæ, ſed à ſua ſibi vt propria tamquam communicata forma, competant, conſequens eſt, nam, nobis ſi illum donauit Deus, quomodo cum eo, in quo, quæ, diuinæ eius ſunt naturæ, inſunt omnia, non omnia etiam donaſſe dicendum eſt? *Apoſt. ad Rom. d. c. 8. n. 32. ad Coloſ. c. p. n. 16. & 17. c. 2. n. 9. & 10. Pet. 2. c. p. n. 3. & 4. Io. c. 16. n. 15. c. 17. n. 2. 3. 4. & 10.*

Hac autem methodo præordinata, atq; diſpoſita noui huius hominis formalitate, formalitatiſq; concordia, ac concordiæ natura, ſacras omnes etiam de eo loquentes ſcripturas præfatæ inueniemus congruentes expoſitioni, earumq; ſenſus conſonos, concordes, ac germanæ interpretationis, per eamq; probabimus omnes penitus remotas eſſe eas hæreſum adinuentiones, quæ ſympathicam hanc ſoluentes formalitatem, cōcordiæq; naturam vel omnia penitus, vel nihil omnino libero noſtro in ſupernaturalibus operandis tribuunt arbitrio. Nam ſi ſpiritus Chriſti, vt dictum eſt ſuperius, noui eſt noſtri hominis eſſendi, ac illius, quæ ſunt, intelligendi, memorandi, volendi, agendi, & operandi potentia, principium, & cauſa, qui in nobis exiſtendo, intelligendo, memorando, volendo, agendo, & operando nobis ſic eſſe, intelligere, velle, agere, operari, ac opera incepta perficere proſua bona dat voluntate *Apoſt. ad Philip. c. p. n. 6. c. 2. n. 13. p. ad Cor. c. 12. n. 11. ad Eph c. 3. n. 20.*

Conſequenter etiam à Pelagianis ac illorum ſectatoribus falsò

Digitized by Google

aſſeritur, quod illa operari à noſtra omnino pendeat libera arbitrij libertate, quia ſicut ſine eo nouæ noſtræ tamquam exiſtentiæ principium, & cauſa, noui homines exiſtamus, impoſſibile eſt, ſic ſine eo, illius quæ ſunt, operemur, impoſſibile eſt, quoniam illę ſunt natura primitiuæ non noſtræ, ſed illius liberæ proceſſiones intellectus, & voluntatis *Apoſt. ad Rom. d. c. 8. n. 9. &* 14. *Io. c.* 15. *n.* 5. *Pſal.* 103. *n.* 30. *&* 29. *Sap. c.* 10. *n.* 26. *Iſa. c.* 46. *n.* 11. propterea, ſicut non introducta, vel ſublata forma formatum ad eſſe non peruenit, vel deſinit eſſe, ſic præuio nullo formæ dato motu formatum agat, impoſſibile eſt, quia propriæ ſuæ hoc eſt exaduerſo contrarium formalitati: ideo, qui ſine Chriſti ſpiritu ſunt, reſpectu dictæ nouitatis tamquam forma carentes pura velut materia iacentes non viuere, *ſed mortui eſſe dicuntur Mat. c.* 8. *n.* 22. *Luc. c.* 9. *n.* 60. idcirco vaſa velut ſine imagine Chriſti inſculpta, ab eo nec elaborata, illius quoq; nec ſunt, nec dirigi, illi nec placere poſſunt, quia à Deo qui prædeſtinati fuerunt, *in hoc fuerunt prædeſtinati, vt conformes fierent imagini filij ſui, & ambularent in operibus, quæ illis præparauit Deus, vt in illis ambularent contra quā qui effecti fuerint, eiue non obtemperauerint, in iudicio ab eo iudicandi erunt. Apoſt. ad Rom. d. c.* 8. *n.* 9. 11. *&* 29. *Ad Epheſ. c.* 2. *n.* 22. *&* 23. *c.* 2. *n.* 10. *Iſa. c.* 54. *n.* 16. *&* 17. *c.* 60. *n.* 12. *Ier. c.* 6. *n.* 30. *Io. c.* 5. *n.* 22. *&* 27. *Apoſt. propterea p. ad Cor. c.* 11. *n.* 3. dicit: Quod ſicut *caput Chriſti, ipſe eſt Deus,* quia vnitatis, ac formalitatis illius eſt principium, & caput, & in illius ſuppoſito ſpiritus principalis omnia in ipſo operans *Apoſt.* 2. *ad Cor. c.* 5. *n.* 19. *Io. c.* 5. *n.* 20. 26. *c.* 14. *n.* 10.

Sic *noui noſtri hominis caput eſt Chriſtus*, quia formalitatis, ac vnitatis illius eſt principium, & caput, ac in ſuppoſito illius ſpiritus principalis, quem intra nos portamus, & per eum operamur, vel magis ipſe portat nos, & operatur in nobis *Apoſt p. ad Cor. c.* 6. *n.* 20. *ſecunda ad eoſdem c.* 13. *n.* 5. *ad Gal. c.* 2. *n.* 20. *Io. d. c.* 14. *n.* 11. *&* 12. *c.* 15. *n.* 4. Propterea Propheta *Pſal.* 50. *n.* 13. *&* 14. ad eruditionem noſtram tamquam in perſona propria Deum deprecatur, vt ad hunc de nobis nouum formandum hominem illius in nobis dignetur *infundere ſpiritum principalem*, ideſt principem, in nobis locum tamquam forma tenentem, & illum à nobis auferre nunquam, ne noſtra diſſoluatur formalitas, quia, vt dictum eſt, illo in nobis vel non dato, vel ſublato eiuſmodi ſicut nullo

modo

Digitized by Google

modo eſſe poſſumus, eius ſic ſine præuio motu à nobis ipſis quidquam, eius quæ ſunt propria, agamus, impoſſibile eſt *Io. d. c.* 15. *n.*5. *Apoſt. p. ad Cor. c.*12. *n.*3. *&* 11. *Iſa. c.*26. *n.* 12. In hoc propterea noui noſtri hominis eſſe formale *nos palmitibus, ſe ipſum Viti aſſimilat, quia palmes ſicut à vite ſi ſegregatus fuerit inutilis, & mortuus iacet, & ad nihilum valet vltra, niſi vt areſcat, eum in ignẽ mittant, & ardeat*; viti ſic ſi iniunctus manſerit, ex nullo alio poterit fructificare humore, quam ex eo, quem ab ipſa traxerit vite, quia non ipſe, *ſed Vitis, à qua ipſe pendet, radicem portat. Apoſt. ad Rom. c.*11. *n.*18. *Io. d. c.*5. *n.*5. *&* 6. Sic & nos in hac nouitate vitæ, eam vt verè viuamus, ea tantumodo opera, quæ à Deo nobis operanda præparata, & à Chriſto ſubminiſtrata fuerint, operemur oportet, quia in huiuſmodi formato nos non illius forma, ſed materia ſumus, quæ Chriſto noſtræ tamquam formæ in hoc ſit ſubiecta homine ipſa poſtulat ratio *Pſal.*61. *n.*2. 3. *et* 6. nã in nullo compoſiti formato ea, ex quibus conſtat, principia, in vnam etſi copulentur hypoſtaſis vnitatem, permutantur, non enim materia in formam, nec forma in materiam tranſit, neq; vnius, in alterius tranſmutatur naturam, ſed benè, formæ quæ naturalia ſunt, ipſi, dum in vnitate manent participantur materiæ, particeps autem qui fit, non propria ſibi vendicat auctoritate, proprio vel aſſumit arbitrio ea, quæ ſibi communicata ſunt, ſed illa ab ſibi ea communicante recipiat, neceſſe eſt, ex quibus Pelagianam falſam conſpicimus eſſe doctrinam omnia proprio tribuentem arbitrio.

E contra verò ſi noui huius noſtri hominis plaſmatio ipſa eſt diuinæ, adoptio filiationis: Adoptio autem fieri nequeat, niſi prius in ea, pater qui futurus eſt, eius præuia voluntatis deliberatione eum, quem filium ſibi futurum eſſe velit, elegerit, & ad ipſam aduocauerit filiationis adoptionem, nam ſicut natura fieri non poteſt, quod quis prius naturalis ſit filius, à naturali quam patre conceptus, ac genitus fuerit, in ipſa ſic adoptione, ipſam *quæ in omnibus naturam imitatur l. pater fam. §. in arrogationibus ff. de adop.* fieri non poteſt, quod quis prius adoptiuus ſit filius, quam à Patre adoptare volente in filium fuerit electus, & ad ipſam adoptionem aduocatus, Dominus propterea noſter Ieſus Chriſtus de huiuſmodi verba faciens adoptione *Io. c.* 15. *n.* 16. ait: *Non vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos, & poſui vos, vt eatis, & fructum afferatis*, nam ad huiuſmodi ſi adoptiuam filiationem *Domini eſt*

verè

verè aſſumptio noſtra Pſal. 88. *n.* 19. ſecundum propoſitū voluntatis illius ad eam aduocati, & geniti ſimus oportet, *voluntariè enim genuit nos verbo veritatis Apoſt. ad Eph. c. p. n.* 5. *&* 11. *Iac. c. p. n.* 18. Ad eam verò poſtquam aduocati fuerimus, in eamdem, & nos conſenſum præſtemus filiationem, filialemq; ſubiectionem, ipſa poſtulat ratio, quia *adoptio cum parte ex vtraq; ſit voluntaria l.* 2. *in princip. & l. in adoptionibus ff. de adop.* ad ipſam qui aduocatus fuerit filiationem, ſi recuſauerit eſſe filius, cogatur, ipſa adoptionis vetat natura: iuſtorum propterea, quorum prædicta dicitur eſſe adoptio, indoles, & ſimilitudo *ipſa dicitur eſſe dilectio, et obedientia Eccl. d. c.* 3. *n. p.* quarum vtraq; noſtræ eſt proceſſiuus, & liber voluntatis actus in ipſo paternæ voluntatis adimplemento conſiſtens *Io. c.* 14. *n.* 21. *et* 23. *et eiuſdem p. c.* 3. *n.* 18. Propterea Dominus noſter Ieſus Chriſtus *Mat. c.* 12. *n.* 50. *dicit: Quod eius frater, et ſoror eſt, et eſſe dicitur, eiuſqui facit voluntatē*, eius autem ſi frater, & ſoror eſt, Dei etiam filius ſit, conſequens eſt *Apoſt. ad Rom. c.* 8. *n.* 29. Diuinæ autem quod operatio voluntatis non coacta, ſed voluntaria ſit ex ipſo manifeſtè patet exemplo à Domino noſtro Ieſu Chriſto propoſito. *Mat. c.* 21. *n.* 28. 29. 30. *et* 31. de duobus adoptiuis æterni Patris filijs ab eo ire iuſſis ad operandum in eius vineam, quæ eius eſt Eccleſia, *cui alter reſpondens ait: Nolo ire poſtea pœnitentia ductus iuit, et operatus eſt: Alter vero dixit: eo, et non iuit*, & conſequenter non operatus eſt, ab ijs ergo ſi præſtanda opera pro eorum libero poſſunt recuſari beneplacito, ea non coactè, ſed liberè perſoluant, & agant neceſſe eſt, vt ex infinitis etiam alijs ſcripturæ ſacræ locis manifeſtiſſimè patet, & præſertim *Prou. c. p. n.* 23. *et ſeq. Iſa. c.* 48. *n.* 18. *c.* 65. *n.* 12. *c.* 66. *n.* 4. *Ier. c.* 7. *n.* 13.

Sicut ergo noſtri noui hominis eſſe formale ipſa eſt ſpiritus Chriſti in nobis, vti voluntarij noſtri eſſendi, & agendi principij, & formæ, noſtriq; in eo vti voluntariæ illi adhærentis materiæ mutua permanſio *Io. d. c.* 15. *n.* 4. *et* 5. *Apoſt. ad Rom. d. c.* 8. *n.* 9. 10. *P. ad Cor. c.* 2. *n.* 16. *c.* 3. *n.* 16. *c.* 6. *n.* 16. *et* 17. *Sap. c.* 7. *n.* 27. *c.* 8. *n.* 7. 18. *c.* 9. *n.* 10. 11. 17. *et* 18. *c.* 10. *n.* 10. *et* 16. *c.* 24. *n.* 11. 25. 37. 44. 47. *et ſuperius citatis alijs ſcripturæ innumerabilibus locis*. Formatum autem cum nullum ſua inuitum extet, viuat, & agat forma, eo quod ſic eſſe, viuere, & agere ſuæ ſummum ſit formalitatis bonum, quod viuentia omnia, quatenus eiuſmodi

ſunt,

Digitized by Google

ſunt, non coacta, ſed libentia appetunt, deſiderant, & ad id ſua ſponte feruntur, hinc ſectæ ſimiliter illorum falſa detegitur opinio aſſerentium, quod ad huiuſmodi agendas operationes coacti, ac noſtram aduerſus liberam arbitrij rapiamur libertatem, & cõſequenter, quod ad ea operanda liberum noſtrum non concurrat arbitrium, quia ſi contra mortem, quæ vitæ, & actui illius eſt ex-aduerſo contraria *Eccl. c. 33. n. 15.* vt viuat, moueatur, & agat, nititur omne viuens, & vitamet ipſemet eſt viuentis actus non coactè, ſed libens viuat, & agat, conſequens eſt. Interna .n. ſi principia, ex quibus quodlibet formatur viuens ſe ſe inuicem amicabiliter complectuntur, vt in vnũ transferantur viuens, vt actualiter moueatur, operetur, & viuat, cur in illud ſympathicè tranſlatum coactè moueri, operari, & viuere dicetur? Quid .n. viuenti carius eſſe poteſt, ipſa quam vita? Nobis ideo ſi laborandum, fugiendum, natandum, vel quid aliud faciendum, vt viuamus, vel conſeruemur in hac formalitate vitæ, ad omnia hæc non coacta, ſed ſua ſponte concurrunt noſtra omnia corporis membra, licet vti obediens materia noſtro ſubiaceant ſpiritui *Gen. c.4. n.7. Apoſt. p. ad Cor. c.12. n. 26.* quia *nullum in ipſis ſchiſma, vel aduerſantia datur, ſed pro ſe ſe inuicem ſunt ſibi ſolicita Apoſt. p. ad Cor. c.12. n.25.*

Nam & D. N. Ieſus Chriſtus etſi, vt diuinam Patris non impleret voluntatem, dari non poſſet, quia, etſi verus eſſet homo, verus etiam & Deus erat *Io. c. p. n. p. et 14. c.8. n. 24. 25. 27. 28. et 54. c.10. n. 36. 37. & 38. Iſa. c. 45. n. 14. & 15.* Non propter hoc tamen ſequitur, ſequiuè poteſt, quod eius humana voluntas diuinam patris implendo voluntatem eam coactè impleret, ſed libens humanam ſuam diuinæ Patris voluntati ſupponendo voluntatem ſemper voluntariè impleuit *Io. c.5. n.30. c. 6. n. 38. c.8. n.29. c.10. n.18. Mat. c.26. n.39. & 42. Mar. c.14. n.36. Luc. c.20. n. 36. c. 24. n.26. Iſa. c. 53. n. 7. &* 10. Si autem in eo, naturalis qui filius erat, res ita ſe habere manifeſtum eſt, in nobis id tantò clarius conſtare dicetur, non quod id re vera in nobis potius ſit, quam in eo, ſed quia noſtræ affinitate humanæ naturæ id nobis liquidius conſtare poteſt, quia non natura, ſed pura adoptione eius liberæ diuinę voluntati libera noſtra tantum adhæremus voluntate, cuius adhæſionis glutinum liber eſt contactus duarum voluntatum in ſe ſe mutuo permanentium, diuinæ videlicet tamquam

tate, & à cogitationibus, quæ ſunt ſine intellectu ſe aufert Sap. c.p. num.5.

Adoptio autem, cum ſola parte ex vtraq; libera contrahatur, & conſeruetur voluntate, ex parteq; Dei ſit illa perpetua, & immutabilis *Num. c.23. n.19. P.Reg. c.28. n.17. 3.Reg. c.22. n.28. Iſa. c.46. n.10. Malach. c.3. n.6. Eccl. c.39. n.23. Prou. c.19. n.21.* Ex eius conſequenter parte ſemel contracta ſemper conſtans erit, ac in nullo deficiet, quia *Deus verax eſt, & fidelis in omnibus verbis ſuis, & ſanctus in omnibus operibus ſuis Pſal.85. n.15. Pſal.144. n.13. Iſa. c.49. n.7.*

Ex parte autem noſtra, cum noſtra ſit inconſtans, & variabilis *Num. d. c.23. n.19. nos ideo etiamſi ei non crediderimus, ille tamen fidelis permanet Apoſt. 2. ad Tim. c.2. n.13.* huiuſmodi ergo exitus filiationis reuelationem vſq; in finem expectemus, oportet, quia à nobis vſq; in finem variari poteſt *Apoſt. ad Rom. c.8. n.19. Mat. c.24. n.13.*

Qui igitur vti filius obediens voluntatē ſuam Dei voluntati vti patris ſubijciens re non ſuam, ſed illius vſq; in finem voluntariè fecerit voluntatem, hic etiam adoptiuus filius re, & nouus homo *reuelandus erit. Iſa. c.56. n.4. c.58. n.3. & 13. Ier. c.7. n.23. & 24. Apoſt. ad Rom. d. c.8. n.29. ad Eph. c.6. n.7 Mat. c.12. n 50. c.21. n.29. 30. & 31. Mar. c.3. n.35. Luc. c.8. n.21.* Sic autem, vt ſupra, vſq; in finem permanens in æternum ſic quoq; permanebit *Iſa. c.62. n.4. Prou. c.10. n.30. c.19. n.16. c.29. in fin. Eccleſ. c.8. n.5. Io.p. c.2. n.17.*

Diuinæ autem iſtud implementum voluntatis dilectio dicitur, & obedientia, quæ filialis huius eſt indoles, & index vera filiationis. *Eccl. c.3. n.p.* quam in Deum patrem noſtrum habeamus, oportet, quarum vtraq; in paternorum ipſius eſt repoſita obſeruantia præceptorum *Io. dd. c.14. n.21. & 23. & eiuſdem p. c.2. n.5. c.3. n.7. 18. et 24. c.4. n.7. 8. & 16. 20. & 21. c.5. n.3. & ſecunda ad Electam n.6.*

Salomon propterea ſecundum datam ei à Deo ſapientiam nouum hunc noſtrum, prout in concreto eſt, cupiens definire hominem, per actum, per quem in huiuſmodi exurrecti viuimus, & conſeruamur animam in æternum viuentem, *quem à Domino erudimur ipſam diuinorum eſſe obſeruantiam præceptorum Io. c.12. n.50. Prou. c.19. n.16. Bar. c.4. n.p. Mar. c.10. n.18. Luc. c.18.*

Digitized by Google

n.18. Mat. c.19. n. 17. eum ſic *Eccl. d. c. 12. n. 13. definiuit* dicens; *Deum time, & eius mandata ſerua: Hoc enim eſt omnis homo,* de quo, videlicet, noſter eſt ſermo, per huiuſmodi tamen nouitatis definitionem ab eo ſic, vt ſupra, traditam, à ſuperius in principio folij data in nullo receditur, vbi dictum fuit, quod mutua eſt, & voluntaria ſpiritus Chriſti vti mouentis, & agentis potentiæ in ſpiritu noſtro: & ſpiritus noſtri vti motæ, & actæ materiæ in ſpiritu Chriſti perpetua permanſio, qua mutui amoris glutino ſimul adhærentes vnus huius tantum efficiuntur ſpiritus nouitatis *Io. d. c.15. n.4. & 5. Apoſt. ad Rom d.c.8. n.9. & 10. P. ad Cor. c.6. n.17. Deut. c.10. n. 15. P. Reg. c.18. n.p. Ier. c.23. n.11. Act. Apoſt. c.4. n. 32.* Quia per hanc, etſi interna intellectui noſtro tota definitæ repræſentetur rei quiditas; cum tamen per eam nullum nobis re ipſa manifeſtum fiat ſubiectum, in quo illa re vera inſit, cum nemo ſit, niſi ex ſpecialiſſima gratia, & ſub aliqua viſibili ſpecie qui viderit vnquam ſpiritum Dei ſuper aliquo morantem, & eum ad opera eius perficienda, agentem *Io. c. 14. n. 17. & 20. Sap. c. 9. n. 17. Iob c.23. n.8. & 9.*

Salomon propterea noſtræ intentus vtilitati, huiuſmodi qui re ipſa ſint, nobis demonſtrare volens ait: *Deum rè qui timet, & eius mandata ſeruat, is verè nouus homo eſt*, quia *Deum qui timet, & eius mandata ſeruat in ſpiritu Dei manet, & ſpiritus Dei viceuerſa manet in eo Io. p. c.3. n. 24.* quia ſicut impoſſibile eſt, quod potentia producens actus, non proprios, ac naturales ſuos, ſed alienæ actus producat potentiæ, ſic impoſſibile eſt, quod actus producti non ſuæ propriæ, ſed alienæ ſint proprij, ac naturales actus potentię, propterea ſicut impoſſibile eſt, quod à Spiritu Sancto maligni, ac corruptibiles procedant actus: ſic è contra impoſſibile eſt, quod à corruptibili carne, & à maligno ſpiritu fructus, & dona emergant Spiritus Sancti, vbi conſequenter fructus, & dona emerſerint Spiritus Sancti, ibi Spiritum Sanctum, vti illorum agentem potentiam illa ſic operantem adfuiſſe pro certo habere debemus, idcirco proceſſus fit informatiuus operum eorum, qui canonizandi ſunt, vt ſi illa huiuſmodi fuerint, pro filijs Dei, & Sancti habendi ſint: è contra verò vbi opera maligna, & corruptibilia emerſerint, ibi malignum ſpiritum vti agentem potentiam ad talia operanda agitantem adfuiſſe pro certo habere debemus *Sap. c. 2. n.25. Io. p. c.3. n. 8. c.4. n. 6. & 3. ad Gaium n. 11.* quia *actus eius*

eſt

Digitized by Google

eſt index potentiæ, cuius ille eſt naturalis actus Apoſt. ad Gal. c. 5. n. 19. & ſeq. & n. 22. & ſeq. Io. c. 9. n. 30. & 33. c. 10. n. 21. 25. 37. & 38. c. 14. n. 10. Si ergo ex bonis, vel malis datis operibus quæ, & qualis ſit potentia illa producens, manifeſtè deducitur, *Mat. c. 7. n. 20. Luc. c. 6. n. 44. Iac. c. 3. n. 12. Reg. p. c. 24. n.* 14. conſequenter etiam *Deum qui timet, & eius mandata ſeruat, Spiritum Sanctum, quem dedit nobis Deus, in ipſo adeſſe, & alterum in altero permanere dignoſcimus Io. p. c. 3. n. 24. c. 4. n.* 13. tam ergo per ipſam potentiam producentem actum, quam per actum ab ea productum noſtra rectè definitur nouitas, propterea *Apoſt. 2. ad Cor. c. 13. n. 5.* ait: *Voſmet ipſos* (operibus videlicet Spiritus Sancti) *probate*, quoniam probatio ipſo fit experimento ab ipſo agentis potentiæ actu educto, *& cognoſcetis, quia ſpiritus Chriſti eſt in vobis, niſi reprobi eſtis*, quia reprobi in ſe ſpiritum Dei non habent, non habentes eius nec opera operari poterunt, ex quibus deduci queat Spiritum Sanctum in ipſis ad fuiſſe, vel adeſſe, quia ſicut arbor bona malos non poteſt facere fructus, ſic nec mala bonos, conſequenter etiam ex actu quæ, & qualis ſit agens potentia manifeſtè deducitur *Mat. d. c. 7. n. 20.*

Propterea Sancta Mater Eccleſia nos in huiuſmodi recipiens nouitatem amanter monet, vt actuali diuinorum præceptorum obſeruantia tales noſmet exterius exhibere curemus, quales eius miniſterio interius à Deo effecti ſumus, noſtræ vt fructum, & finem reportemus ſalutis, dicens: *Vis ad vitam ingredi: ſerua mandata*, quia hoc facere internæ eſt noſtræ index manifeſta agentis potentiæ, ideſt Spiritus Sancti ſua in nobis difundentis, & compartientis dona, & nouæ noſtræ actus vitæ; ac medium conſequendæ ſalutis. *Io. p. d. c. 3. n. 24. Mat. d. c. 19. n. 17. Apoſt. p. ad Cor. c. 12. n. 11.*

Si ergo certò ſcimus, vt ex præallegatis ſacrarum ſcripturarum auctoritatibus manifeſtè patet, quod in hac noſtræ præclariſſima nouitatis formalitate Deum intra nos portamus, nos iuſta, & ſancta facere docentem, opereq; ea nos complere amanter monentem, ſuauiter diſponentem, imbecillitatibus noſtris ſubuenientem, in viaquè, qua ad ſummam poſſumus peruenire felicitatem, nos dirigentem, ducentem, coadiuuantem, ſociumq; noſtrũ nobis ſe exhibentem, vt tandem ſe nobis videndũ præbeat, quem, & qualem hęc noſtra, in qua immerſi ſumus, videre nunc prohibet

caro, vt ſui nos Regni immenſæ felicitatis, & gloriæ participes efficiat, ſi ita: vltra nobis quid facere potuit, quod non fecerit? *Iſa. c.5. n.4.*

Hæc autem ſi ſcimus, noſtrum quis erit tam delirus, ſeu potius in ſe ipſum tam crudelis, & barbarus, vt & Deum ſummum ſuum derelinquat bonum: æternam illam, ad quam nos elegit Deus, ſpernat, & proijciat felicitatem; præclariſſimam hanc noui noſtri hominis deſtruat, & deturpet formalitatem; & ad miſerrimam illam reuertatur humanæ animalitatis exiguitatem, ſeq; diabolo mancipet volenti, quod ex parte qui ſua ſunt, ſe imitentur *Sap. c. 2. n. 25.* cum ignorare nemo poſſit, quod ipſe primos noſtros deceperit parentes, quodq; totius noſtri humani generis fuerit excidij cauſa *Gen. c. 3. n. 4. 5. & 6.*

Inuidus, malignus, deceptor, interfector ad diſperdendum, omni crudelior creatura, quærens ſemper quem deuoret, laceſcat, torqueat, cædat, & flagellet *Iſa. c. 54. n. 16. Io. c. 8. n. 44. Iob c. 41. n. 15. Pſal. 79. n. 14. Ier. c. 4. n. 7. Pet. p. c. 5. n. 8. & 9. Mat. c. 8. n. 28. Mar. c. 5. n. 5. Luc. c. 8. n. 27. & 29.* cuius maior in amicos, & ſectatores ſuos gratia, & remuneratio eſt, vt eos in profundum demergat inferni intra æternas deuorantes flammas. *Iſa. c. 14. n. 14. 20. c. 33. n. 14.*

Qua ergo ſpe, vel mercede tanta quis proijcit bona, & tot ſe voluntariè ſubijcit malis? pro leui quidem, momentaneaq; mundanæ eſca voluptatis, in qua tamen mortiferum non ignoramus latere venenum, & in illa abſconditum eſſe hamum, quo veluti piſces capimur, vt à centro aquarum æternæ vitæ extractos, in æternas proijciat ſartagines in æternum æterno torrendos igne *Eccleſ. c. 9 n. 12.*

Certè, ſi quis ſæculi huius lapides, quos pretioſos appellamus, malleo confringeret, ſaculoſq; auri, vel argenti in mare proijceret, quæ tandem ſunt & leuis fumus, & vmbra tranſiens, ab hominibus vtiq; veluti furens in amentium detruſus ergaſtulum catenis vinciretur. Coronam verò, qui immortalitatis, & gloriæ ſic, vt ſupra, pedibus conculcant, veramq; ſapientiam, probitatem, honeſtatem, & vitam contemnunt, nouamq; Dei creaturam deſtruunt, ac in tot ſe mala demergunt, omnium ferè exiſtimentur voto felices, probi, & humanæ ducendæ exemplaria vitæ, hoc nobis vtiq; ſumma ſemper in admiratione fuit, vnde ne humanæ

id aſcriberemus impietati, ingratitudini, vel infidelitati, noſtræ potius inaduertentiæ in conſiderando, quid ſimus, ac eſſe debeamus, tribuendum eſſe exiſtimauimus, propterea ad hæc exaranda manum admouimus, vt ex eorum veritate, quantum in nobis eſſet, ſaluti eorum, quos iſta, ſi qui ſunt, adhuc laterent; cæterum Deum, omnia qui poteſt, humiliter deprecamur, vt ad ea, quæ ex nobis deſunt, pro ſua ſuppleat, & perficiat pietate, & gratia, vt Maieſtati ſuæ maior gloria reddatur, cui laus & gratiarum actio in æternum, & in ſæcula ſæculorum Amen.

LAVS DEO.

Digitized by Google

In hoc Tractatu de Noui noſtri Hominis formalitate, quem à Perilluſtri D. Dominico Tuſcho ſapientiſſimis rationibus, ac multiplici ſacrarum ſcripturarum eruditione contextum, concinnatumq; admirabundus vidi, ac legi; ſicuti nihil omninò reperi litura dignum, quod Catholicæ Fidei dogmatibus, aut Chriſtianis moribus aduerſetur; ita quamplurima ſuſpexi, quæ ad eiuſdem orthodoxæ religionis ſplendorem commendandum, ad animos fidelium componendos, & ad vitia expurganda maximè conducent. Cenſui idcircò typis mandari poſſe.

Ego D. Carolus Goranus ex Cler. Reg. S. Pauli Barnabita Metrop. Bon. Pænit. pro Eminentiſs. Card. Boncompag. Archiep. & Principe.

Ex ſpeciali mandato Reuerendiſſimi P. Inquiſitoris Bononiæ opuſculum Perilluſtris Domini Dominici Tuſchi accuratè perlegi, Vbi de Noui noſtri Hominis formalitate agitur, in quo non modo nihil ſacris litteris repugnans inueni, verum etiam vndequaque mirabili ordine æternas veritates promanantes, ac ſolidiſſimam Catholicæ pietatis doctrinam, acutiſſimis rationum electarum ſtimulis ad beatiſſimam patriam humanas per vrgentem mentes reexcitatam ſum demiratus; quapropter opus typis digniſſimum reor.

Fr. Honorius ab Aſſumptione Carmelita Excalceatus Phyloſoph. Lector in noſtro Collegio Bon.

Imprimatur.

Fr. Paulus Hieronymus Giacconus de Gartexio Sacræ Theologiæ Magiſt. & Vicar. Gener. S. Offic. Bonon.

Digitized by Google

Notabiliora Errata.	*Correcta.*
Pag. 7. lin. 25. *viuimns.*	*viuimus*
Pag. 8. lin. 20. valeremos	valeremus
Pag. 18. lin. 6. quam	qua
Pag. ibid. lin. 7. receptam	recepta
Pag. 22. lin. 35. vnnm	vnum
Pag. 27. lin. 16. propinquis	propinquius
Pag. 29. lin. 19. *nam*	*niſi*
Pag. 31. lin. 1. carnem	carneam
Pag. ibid. lin. ibid. translata	translatus
Pag. ibid. lin. 30. nouam	nouum
Pag. 53. lin. 21. filiationes	filiatione
Pag. 64. lin. 32. *eins*	*eius*
Pag. ibid. lin. 37. *manu*	*manus*

Digitized by Google

verè aſſumptio noſtra Pſal. 88. *n.* 19. ſecundum propoſitū voluntatis illius ad eam aduocati, & geniti ſimus oportet, *voluntariè enim genuit nos verbo veritatis Apoſt. ad Eph. c. p. n.* 5. *&* 11. *Iac. c. p. n.* 18. Ad eam verò poſtquam aduocati fuerimus, in eamdem, & nos conſenſum præſtemus filiationem, filialemq; ſubiectionem, ipſa poſtulat ratio, quia *adoptio cum parte ex vtraq; ſit voluntaria l.* 2. *in princip. & l. in adoptionibus ff. de adop.* ad ipſam qui aduocatus fuerit filiationem, ſi recuſauerit eſſe filius, cogatur, ipſa adoptionis vetat natura: iuſtorum propterea, quorum prædicta dicitur eſſe adoptio, indoles, & ſimilitudo *ipſa dicitur eſſe dilectio, et obedientia Eccl. d. c.* 3. *n. p.* quarum vtraq; noſtræ eſt proceſſiuus, & liber voluntatis actus in ipſo paternæ voluntatis adimplemento conſiſtens *Io. c.* 14. *n.* 21. *et* 23 *et eiuſdem p. c.* 3. *n.* 18. Propterea Dominus noſter Ieſus Chriſtus *Mat. c.* 12. *n.* 50. *dicit: Quod eius frater, et ſoror eſt, et eſſe dicitur, eiuſqui facit voluntatē*, eius autem ſi frater, & ſoror eſt, Dei etiam filius ſit, conſequens eſt *Apoſt. ad Rom. c.* 8. *n.* 29. Diuinæ autem quod operatio voluntatis non coacta, ſed voluntaria ſit ex ipſo manifeſtè patet exemplo à Domino noſtro Ieſu Chriſto propoſito. *Mat. c.* 21. *n.* 28. 29. 30. *et* 31. de duobus adoptiuis æterni Patris filijs ab eo ire iuſſis ad operandum in eius vineam, quæ eius eſt Eccleſia, *cui alter reſpondens ait: Nolo ire poſtea pænitentia ductus iuit, et operatus eſt: Alter vero dixit: eo, et non iuit*, & conſequenter non operatus eſt, ab ijs ergo ſi pręſtanda opera pro eorum libero poſſunt recuſari beneplacito, ea non coactè, ſed liberè perſoluant, & agant neceſſe eſt, vt ex infinitis etiam alijs ſcripturæ ſacræ locis manifeſtiſſimè patet, & pręſertim *Prou. c. p. n.* 23. *et ſeq. Iſa. c.* 48. *n.* 18. *c.* 65. *n.* 12. *c.* 66. *n.* 4. *Ier. c.* 7. *n.* 13.

Sicut ergo noſtri noui hominis eſſe formale ipſa eſt ſpiritus Chriſti in nobis, vti voluntarij noſtri eſſendi, & agendi principij, & formæ, noſtriq; in eo vti voluntariæ illi adhærentis materiæ mutua permanſio *Io. d. c.* 15. *n.* 4. *et* 5. *Apoſt. ad Rom. d. c.* 8. *n.* 9. 10. *P. ad Cor. c.* 2. *n.* 16. *c.* 3. *n.* 16. *c.* 6. *n.* 16. *et* 17. *Sap. c.* 7. *n.* 27. *c.* 8. *n.* 7. 18. *c.* 9. *n.* 10. 11. 17. *et* 18. *c.* 10. *n.* 10. *et* 16. *c.* 24. *n.* 11. 25. 37. 44. 47. *et ſuperius citatis alijs ſcripturæ innumerabilibus locis*. Formatum autem cum nullum ſua inuitum extet, viuat, & agat forma, eo quod ſic eſſe, viuere, & agere ſuæ ſummum ſit formalitatis bonum, quod viuentia omnia, quatenus eiuſmodi

ſunt,

Digitized by Google

ſunt, non coacta, ſed libentia appetunt, deſiderant, & ad id ſua ſponte feruntur, hinc ſectæ ſimiliter illorum falſa detegitur opinio aſſerentium, quod ad huiuſmodi agendas operationes coacti, ac noſtram aduerſus liberam arbitrij rapiamur libertatem, & cõſequenter, quod ad ea operanda liberum noſtrum non concurrat arbitrium, quia ſi contra mortem, quæ vitæ, & actui illius eſt exaduerſo contraria *Eccl. c. 33. n. 15.* vt viuat, moueatur, & agat, nititur omne viuens, & vitamet ipſemet eſt viuentis actus non coactè, ſed libens viuat, & agat, conſequens eſt. Interna .n. ſi principia, ex quibus quodlibet formatur viuens ſe ſe inuicem amicabiliter complectuntur, vt in vnũ transferantur viuens, vt actualiter moueatur, operetur, & viuat, cur in illud ſympathicè tranſlatum coactè moueri, operari, & viuere dicetur? Quid .n. viuenti carius eſſe poteſt, ipſa quam vita? Nobis ideo ſi laborandum, fugiendum, natandum, vel quid aliud faciendum, vt viuamus, vel conſeruemur in hac formalitate vitæ, ad omnia hæc non coacta, ſed ſua ſponte concurrunt noſtra omnia corporis membra, licet vti obediens materia noſtro ſubiaceant ſpiritui *Gen. c. 4. n. 7. Apoſt. p. ad Cor. c. 12. n. 26.* quia *nullum in ipſis ſchiſma, vel aduerſantia datur, ſed pro ſe ſe inuicem ſunt ſibi ſolicita Apoſt. p. ad Cor. c. 12. n. 25.*

Nam & D. N. Ieſus Chriſtus etſi, vt diuinam Patris non impleret voluntatem, dari non poſſet, quia, etſi verus eſſet homo, verus etiam & Deus erat *Io. c. p. n. p. et 14. c. 8. n. 24. 25. 27. 28. et 54. c. 10. n. 36. 37. & 38. Iſa. c. 45. n. 14. & 15.* Non propter hoc tamen ſequitur, ſequiuè poteſt, quod eius humana voluntas diuinam patris implendo voluntatem eam coactè impleret, ſed libens humanam ſuam diuinæ Patris voluntati ſupponendo voluntatem ſemper voluntariè impleuit *Io. c. 5. n. 30. c. 6. n. 38. c. 8. n. 29. c. 10. n. 18. Mat. c. 26. n. 39. & 42. Mar. c. 14. n. 36. Luc. c. 20. n. 36. c. 24. n. 26. Iſa. c. 53. n. 7. & 10.* Si autem in eo, naturalis qui filius erat, res ita ſe habere manifeſtum eſt, in nobis id tantò clarius conſtare dicetur, non quod id re vera in nobis potius ſit, quam in eo, ſed quia noſtræ affinitate humanæ naturæ id nobis liquidius conſtare poteſt, quia non natura, ſed pura adoptione eius liberæ diuinę voluntati libera noſtra tantum adhæremus voluntate, cuius adhæſionis glutinum liber eſt contactus duarum voluntatum in ſe ſe mutuo permanentium, diuinæ videlicet tam, quam

Digitized by Google

quam voluntariæ dominantis formæ, & noſtræ tamquam voluntariæ obedientis materiæ, à qua cum ad noſtræ nutum valeamus tranſgredi, & aberrare voluntatis, cum conſilium, & conſilij deliberationem oris noſtri in manu noſtra poſuerit Deus, non vt re tranſgrederemur, *ſed vt cum tranſgredi valuiſſemus, & tranſgreſſi non eſſemus, eſſet nobis æterna gloria. Eccl. c. 15. n. 14. 16. & 18. c. 31. n. 10.* Hinc ſequitur, quod eam ſi adimpleuerimus nõ coactè, *ſed liberè re vera adimpleuerimus eam Pſal. 53. n. 8. Pſal. 118. n. 35. Apoſt. ad Eph. c. 6. n. 7.*

In hac autem mutua voluntaria permanſione in noſtra permanens voluntate Deus *nobis vtilia præcipiendo Iſa. c. 48. n. 17.* nos in filios vti pater diligere dicitur, ac diligit verè: nos verò viceuerſa in eius voluntate eius liberis liberè acquieſcentes, & obtemperantes præceptionibus, ſic permanentes eum vti filij in Patrem diligere dicimur: *Sic autem diligentes in eius dicimur permanere charitate; In qua qui permanet in Deo manet, & Deus in eo Io. c. 14. n. 21. & 23. & eius p. c. 2. n. 5. c. 3. n. 24. c. 4. n. 7. 8. 13. & 16. c. 5. n. 3. & eius ſecunda Electræ n. 6. & tertia n. 11.* In qua nos veritate inſtructos eſſe volens, eius vt conformes effici valeremus imagini, *ſecundum quam effici à Deo prædeſtinati ſumus. Apoſt. ad Rom. d. c. 8. n. 29.* Sic *Io. c. 15. n. 9. & 10.* exordiens ait: *Sicut me dilexit Pater ego dilexi vos: Manete* ergo, *& vos in dilectione meâ ſicut ego manſi in dilectione Patris mei.* Deſcendens poſtea ad methodum, qua hoc facere valeremus, ſic ait: *Si præcepta mea ſeruaueritis manebitis in dilectione mea: ſicut ego præcepta Patris mei ſeruaui, & maneo in dilectione eius:* poſtea *Io. c. 8. n. 29.* eamdem ferè proſequens materiam ſic ait: *& Pater, qui miſit me, non relinquit me ſolum, quia, quæ placita ſunt ei, facio ſemper:* quaſi diceret: ſic & ego non derelinquam vos ſolos, ſi, quæ placita ſunt mihi, facietis ſemper, ea autem ſi non feceritis, voluntarie à me diſcedentes ſine me manebitis, & conſequenter, mutua hæc noſtra ſoluta manebit permanſio, quia re vera ab eo diſcedimus *in eius non cuſtodiendo præcepta, & placita non exequendo. Reg. p. c. 15. n. 11. Iſa. c. 59. n. 2. Oſe. c. 4. n. 10. Ier. c. 2. n. 5. Pſal. 118. num. 21.* Propterea *Eccl. c. 4. num. 22.* Scriptum eſt: Quod *ſi quis oberrauerit ſapientia (in myſterio Apoſt. p. ad Cor. c. 2. num. 7.) derelinquet eum, & tradet illum in manus inimici ſui,* quia *nihil, quod coinquinatum ſit, in eam incurrit Sap. c. 7. num. 25. ideo corripitur à ſuperueniente iniqui-*

tate, & à cogitationibus, quæ ſunt ſine intellectu ſe auſert Sap. c. p. num. 5.

Adoptio autem, cum ſola parte ex vtraq; libera contrahatur, & conſeruetur voluntate, ex parteq; Dei ſit illa perpetua, & immutabilis *Num. c. 23. n. 19. P. Reg. c. 28. n. 17. 3. Reg. c. 22. n. 28. Iſa. c. 46. n. 10. Malach. c. 3. n. 6. Eccl. c. 39. n. 23. Prou. c. 19. n. 21.* Ex eius conſequenter parte ſemel contracta ſemper conſtans erit, ac in nullo deficiet, quia *Deus verax eſt, & fidelis in omnibus verbis ſuis, & ſanctus in omnibus operibus ſuis Pſal. 85. n. 15. Pſal. 144. n. 13. Iſa. c. 49. n. 7.*

Ex parte autem noſtra, cum noſtra ſit inconſtans, & variabilis *Num. d. c. 23. n. 19. nos ideo etiamſi ei non crediderimus, ille tamen fidelis permanet Apoſt. 2. ad Tim. c. 2. n. 13.* huiuſmodi ergo exitus filiationis reuelationem vſq; in finem expectemus, oportet, quia à nobis vſq; in finem variari poteſt *Apoſt. ad Rom. c. 8. n. 19. Mat. c. 24. n. 13.*

Qui igitur vti filius obediens voluntatē ſuam Dei voluntati vti patris ſubijciens re non ſuam, ſed illius vſq; in finem voluntariè fecerit voluntatem, hic etiam adoptiuus filius re, & nouus homo *reuelandus erit. Iſa. c. 56. n. 4. c. 58. n. 3. & 13. Ier. c. 7. n. 23. & 24. Apoſt. ad Rom. d. c. 8. n. 29. ad Eph. c. 6. n. 7 Mat. c. 12. n 50. c. 21. n. 29. 30. & 31. Mar. c. 3. n. 35. Luc. c. 8. n. 21.* Sic autem, vt ſupra, vſq; in finem permanens in æternum ſic quoq; permanebit *Iſa. c. 62. n. 4. Prou. c. 10. n. 30. c. 19. n. 16. c. 29. in fin. Eccleſ. c. 8. n. 5. Io. p. c. 2. n. 17.*

Diuinæ autem iſtud implementum voluntatis dilectio dicitur, & obedientia, quæ filialis huius eſt indoles, & index vera filiationis. *Eccl. c. 3. n. p.* quam in Deum patrem noſtrum habeamus, oportet, quarum vtraq; in paternorum ipſius eſt repoſita obſeruantia præceptorum *Io. dd. c. 14. n. 21. & 23. & eiuſdem p. c. 2. n. 5. c. 3. n. 7. 18. et 24. c. 4. n. 7. 8. & 16. 20. & 21. c. 5. n. 3. & ſecunda ad Electam n. 6.*

Salomon propterea ſecundum datam ei à Deo ſapientiam nouum hunc noſtrum, prout in concreto eſt, cupiens definire hominem, per actum, per quem in huiuſmodi exurrecti viuimus, & conſeruamur animam in æternum viuentem, *quem à Domino erudimur ipſam diuinorum eſſe obſeruantiam præceptorum Io. c. 12. n. 50. Prou. c. 19. n. 16. Bar. c. 4. n. p. Mar. c. 10. n. 18. Luc. c. 18.*

Digitized by Google

& agens *rectos faciet curſus noſtros, & itinerâ noſtrâ producet in pâce* quouſq; ſalutem conſequamur *Prou. c. 3. num. 23. & 26. c. 4. num. 27. Pſal. 142. num. 11. ſic faciens, & producens in nobis dicitur operari, & verè operatur omnia. Apoſt. p. ad Cor. c. 12. num. 11. Iſa. c. 26. num. 12. d. Pſal. 142. num. 11.* nam ſi recti operis operandi principium, & cauſa ipſe eſt illius rectè operandi præcognitio vera, quæ à Diuina in nos prouenit ſapientia, ſi ita, *quis horum, quæ à nobis fiunt, magis, quam illa eſt artifex, quæ ſic agens in nobis,* vt dictum eſt, *operatur omnia Sap. c. 8. num. 5. & 6.* Viuentis præterea actus ipſa cum ſit viuentis vita, & actus omnis ab ipſa immediatè procedit, & pendet forma, hinc eſt, quod, quæ loco materiæ in ipſo ſtant formato, etſi in ipſo cum ipſa ſimul dicantur & ipſa viuere viuente forma, non tamen propter ſe ipſa, ſed propter eorum dicuntur viuere formam, illam eis, quam in ſe ipſa habet, dantem viuere vitam, Chriſti propterea ſpiritum, noui qui huius eſt hominis forma, qui habet non propter ſe, ſed propter Chriſtum eorum viuentem dicuntur viuere formam, quod nobis & ipſe manifeſtare volens poſtquam *Io. c. 15. n. 5.* nos edocuiſſet, quod noui huius hominis noſtri formalitas mutua eſſet illius in nobis, & noſtri in eo perpetua permanſio, *eiuſdem c. 5. n. 26. & c. 6. n. 58. & c. 14. n. 10. & 11.* ſic ſubiungens ait: *quod quemadmodum per mutuam Patris in ſe, & ſui in Patre permanſionem Pater in ſe vitam habens ſibi dat vitam habere in ſemet ipſo,* ipſe verò hanc à Patre recipiens vitam *propter ipſum viuit Patrem* ſuæ tamquam generationis immobile principium: ſic & nos per mutuam illius in nobis, & noſtri in eo permanſionem ipſe in ſe vitam habens *nobis etiam dat habere vitam in nobis*, hanc autem ab eo nos recipientes vitam, non propter nos, ſed propter eum noſtræ tamquam ſpiritualis generationis, & vitæ immobile principium viuimus, *ſicut ipſe viuit propter Patrem Apoc. c. 3. n. 14. Iac. c. p. n. 18. Act. Apoſt. c. 4. n. 12.* quod nobis magis notum facere volens *Io. c. 14. n. 6. ait: Ego ſum vobis via, veritas, & vita,* ex quo idem *B. Io. ſua P. c. 5. n. 11. 12. &* 18. inferens ait: *filium ergo in ſe qui habet, vitam habet, eum qui non habet, vitam non habet,* quia ipſe æterna eſt vita illa, *quam nobis promiſit Pater, vt per eum viuamus, quia noſtra eſt verè vita Io. p. c. 2. n. 25. c. 4. n. 9. c. 5. n. 18. Apoſt. ad Coloſ. c. 3. n. 4.* qui autem ſic, vt ſupra, propter Chriſtum in ſe tamquam formam viuentem, & manentem viuit,

& ſi

Digitized by Google

& ſi ipſe etiam propter Chriſtum viuere dicatur, & in ipſo verè viuat *Act. Apoſt. c.17. n.28.* propriè tamen nõ ipſemet, ſed Chriſtus magis in ſe ipſo viuere dicendus eſt, *quod Apoſt. ad Gal. c. 2. n.30.* in ſpiritu Dei animaduertens, Chriſtum in ſe viuentem exaltando ait: *Viuo autem, iam non ego: viuit verò in me Chriſtus &c.* quam veritatem nobis manifeſtare voluiſſe confitetur, vt gratiam Dei non abijceret, quoniam quod per gratiam Dei ſcimus, ad gloriam Dei manifeſtare tenemur, vt per nos *gratia Dei in alterutrum ad ædificationem ab eo quemadmodum accepta fuit, liberè diſpenſetur. Pet. p. c.4. n.10.*

Propterea ſcriptum eſt: Quod *quam à Deo accepimus non debemus occultare, vel vendere ſapientiam, vel veritatem, ſed illam gratis ex animo communicare, prout gratis nobis ab eo communicata fuit Sap. c.7. n.13. Prou. c.23. n.23. Mat. c.10. n.8.*

Quomodo .n. nos verè fratres Ieſu Chriſti, & filij Dei eſſe poſſemus, niſi in nobis verè noſtræ tamquam nouitatis forma ineſſet Chriſtus, qui ſolus eſt verè Dei filius, ac nouæ creaturæ illius principium, in illa tamquam forma primatum tenens, ac omnia in ea operans, & agens? *Apoſt. ad Rom. d. c.8. n.29. ad Coloſ. c.p. n.18. & 19. c.2. n.9. ad Gal. c.5. n.5. Apoc. c.3. n.14. Eccl. c.24. n.11. & 13. Sap. c.10. n.16. Oſe. c.14. n.9.*

Nam etſi in hoc mundo nondum nobis appareat manifeſtè, quod verè Dei filij ſumus, ſcimus tamen, quod cum apparuerit, ei ſimiles erimus, quia tunc videbimus, quod ipſe vti forma in nobis ineſt verè: nos verò in eo vti materia: in ipſo autem ſubſtantialiter Pater: hoc autem videntes verè cognoſcemus: *quod ex ipſo, in ipſo, & per ipſum ſumus, viuimus, atq; mouemur Io. c. 14. n.20. c.17. n.23. & eius p. c.3. n.2. c.4. n.17. Act. Apoſt. c.17. n.28. Apoſt. ad Rom. c.11. n.36. p. ad Cor. c.8. n.6.* immo potius ab ipſo vti forma in nobis exiſtente, viuente, ſe mouente, & operante mouemur, agimur, vitam, & vitæ operationes inſumimus. *Apoſt. ad Gal. d. c.2. n.20. ad Coloſ. d. c.p. n 18. & 19. c.3. n.3.4. & 11.* Ab eo autem noſtræ tamquam nouitatis forma moti, & acti *eius fratres, & filij Dei efficimur. Apoſt. ad Rom. d. c. 8. n.14. ad Gal. d. c.2. n.20. ad Eph. c. p. n.19. Pet.2. c.p. n.4.*

Eius propterea ſpiritus in nobis inhabitans dicitur *teſtimonium ſpiritui noſtro reddere, quoniam verè filij Dei ſumus. Apoſt. ad Rom. d. c.8. n.11.*

Digitized by Google

Nam ſi ſupernaturalia, quæ naturaliter ſciamus impoſſibile eſt, ſcimus, eius ſit ſpiritus, ea qui ſolus nouit, qui in nobis noſtræ tamquam nouitatis forma ea intelligens, intelligere nos faciat, fateamur oportet. *Iſa. c.64.n.4. Mat. c. 11. n. 27. Luc. c. 10. n.22. Io. c.p.n. 18. c.6. n.46. c.7. n.22. c.8. num.19. c. 10. num.4. & 15. c. 14. num.26. c. 16. num.13. Luc. c.24. num.45. Sap. c.6. num.14. p. ad Cor. d. c. 2. num. 11. & 12. ad Eph. c. 3. num. 18. & 19. Eccl. c.4. num.21. c.24. num.38.*

Etſi à ſeruitute liberamur corruptionis, & abſq; eo continentes ab ea eſſe non valemus, ſit ipſe, qui in nobis exiſtens ab ea nos liberet, fateamur oportet *Apoſt. ad Rom. c. 6. num. 10. c. 8. num. 21. ad Gal. c.4. num.31. c.5. num.13. Io. c.8. num.36. Sap. c.8. num. 21.*

Etſi terreni cum ſimus, cœleſtia tamen affectamus, idem fateamur oportet, quia à ſimilibus ſimilia naturaliter appetuntur, & ad ea congregantur omnia. *Apoſt. ad Rom. d. c. 8. n. 26 & 27. 2. ad Cor. c.5. n.2. & 4. & ſeq. vſq; ad 10. Sap. c.2. n. 15. & 25. Eccl. c.27. n.10. Io. c.15. n.19.*

Etſi nobis placentia propter Deum promptè abijcimus, & diſplicentia libenter amplectimur, & patienter ſuſtinemus, non noſter, ſed Chriſti ſit ſpiritus, cuius ipſa patientia eſt præcipua virtus, qui eiuſmodi in nobis operetur, fateamur, oportet. *Apoſt. ad Gal. c.3. n.3. 2. ad Teſ. c. 3. n. 5. ad Rom. c. 5. n. 3. 4. 5. c. 8. n.26. & ſic de ſimilibus:* ſi ergo eſt ſpiritus Chriſti, qui in noſtro tamquam forma hæc omnia operatur, & agit, & noſter ei tamquam materia adhærens vnus ſic cum eo ſit ſpiritus: eius conſequenter ſpiritus in noſtro ſic agens ei teſtimonium reddere dicitur, quoniam vnum cum eo per ipſum facti, *verè filij Dei ſumus Eccl. c. 36. n.17. Apoſt. ad Rom. d. c.8. n.16. 2. ad Cor. c.13. n.5.*

Nam quemadmodum in ſenſibili corpore noſtro in noſtri velut materia compoſiti ſpiritus intellectiuus noſter eiuſdem noſtri velut forma compoſiti ineſt, eiq; in omnibus, & per omnia præſidet: in ſpiritu ſic noſtro in hac noſtræ nouitate vitæ ipſe ineſt, ac ei in omnibus, & per omnia præſidet ſpiritus Chriſti, per conſequens etiam ſicut ſpiritus noſter eſt in nobis hominis eſſendi, & quæ illius ſunt intelligendi, memorandi, volendi, agendi, & operandi potentia, principium, vitæq; actus, & vita met ipſa: ſic ſpiritus Chriſti in nobis noui eſt hominis noſtri eſſendi, & quæ illius

ſunt

Digitized by Google

ſunt intelligendi, memorandi, volendi, agendi, & operandi potentia, principium, vitæq; actus, ac vitamet ipſa: ſic noſter in omnibus his tamquam materia omnimodam de ſe illi patientiam præſtet, neceſſe eſt, ad hoc vt ille, eius tamquam forma in ſemet ipſa, diuina exiſtens, ſupernaturalia per ſe intelligens, memorans, volens, operans, & agens, in ſe quoq; pro eius libito inexiſtendo, ſic intelligendo, memorando, volendo, agendo, & operando ſe faciat vnum ſecum eſſe formatum ſecundum Deum exiſtens, intelligens, memorans, volens, operans, & agens, non quod noſter ſic vel in Deum tranſubſtantiatus ſit, vel in ſe ipſo per ſe ſit factus ſupernaturalia intelligens, memorans, volens, operans, & agens, ſed quia tamquam materia vnum cum ſua effectum formale forma, ſuæ quoq; quæ competunt formæ quatenus tamen ad hanc nouitatis ſpectant formalitatem, eiq; conueniunt, ſibi quoq; non quidem ſuæ vt propria naturæ, ſed à ſua ſibi vt propria tamquam communicata forma, competant, conſequens eſt, nam, nobis ſi illum donauit Deus, quomodo cum eo, in quo, quæ, diuinæ eius ſunt naturæ, inſunt omnia, non omnia etiam donaſſe dicendum eſt? *Apoſt. ad Rom. d. c. 8. n. 32. ad Coloſ. c. p. n. 16. & 17. c. 2. n. 9. & 10. Pet. 2. c. p. n. 3. & 4. Io. c. 16. n. 15. c. 17. n. 2. 3. 4. & 10.*

Hac autem methodo præordinata, atq; diſpoſita noui huius hominis formalitate, formalitatiſq; concordia, ac concordiæ natura, ſacras omnes etiam de eo loquentes ſcripturas præfatæ inueniemus congruentes expoſitioni, earumq; ſenſus conſonos, concordes, ac germanæ interpretationis, per eamq; probabimus omnes penitus remotas eſſe eas hæreſum adinuentiones, quæ ſympathicam hanc ſoluentes formalitatem, cõcordiæq; naturam vel omnia penitus, vel nihil omnino libero noſtro in ſupernaturalibus operandis tribuunt arbitrio. Nam ſi ſpiritus Chriſti, vt dictum eſt ſuperius, noui eſt noſtri hominis eſſendi, ac illius, quæ ſunt, intelligendi, memorandi, volendi, agendi, & operandi potentia, principium, & cauſa, qui in nobis exiſtendo, intelligendo, memorando, volendo, agendo, & operando nobis ſic eſſe, intelligere, velle, agere, operari, ac opera incepta perficere proſua bona dat voluntate *Apoſt. ad Philip. c. p. n. 6. c. 2. n. 13. p. ad Cor. c. 12. n. 11. ad Eph c. 3. n. 20.*

Conſequenter etiam à Pelagianis ac illorum ſectatoribus falsò

Digitized by Google

aſſeritur, quod illa operari à noſtra omnino pendeat liberà arbitrij libertate, quia ſicut ſine eo nouæ noſtræ tamquam exiſtentiæ principium, & cauſa, noui homines exiſtamus, impoſſibile eſt, ſic ſine eo, illius quæ ſunt, operemur, impoſſibile eſt, quoniam illę ſunt natura primitiuæ non noſtræ, ſed illius liberæ proceſſiones intellectus, & voluntatis *Apoſt. ad Rom. d. c.8. n.9. & 14. Io. c.15. n.5. Pſal. 103. n. 30. & 29. Sap. c. 10. n. 26. Iſa. c. 46. n.* 11. propterea, ſicut non introducta, vel ſublata forma formatum ad eſſe non peruenit, vel deſinit eſſe, ſic præuio nullo formæ dato motu formatum agat, impoſſibile eſt, quia propriæ ſuæ hoc eſt exaduerſo contrarium formalitati: ideo, qui ſine Chriſti ſpiritu ſunt, reſpectu dictæ nouitatis tamquam forma carentes pura velut materia iacentes non viuere, *ſed mortui eſſe dicuntur Mat. c. 8. n. 22. Luc. c. 9. n.* 60. idcirco vaſa velut ſine imagine Chriſti inſculpta, ab eo nec elaborata, illius quoq; nec ſunt, nec dirigi, illi nec placere poſſunt, quia à Deo qui prædeſtinati fuerunt, *in hoc fuerunt prædeſtinati, vt conformes fierent imagini filij ſui, & ambularent in operibus, quæ illis præparauit Deus, vt in illis ambularent contra quã qui effecti fuerint, eiue non obtemperauerint, in iudicio ab eo iudicandi erunt. Apoſt. ad Rom. d. c.8. n.9.* 11. *& 29. Ad Epheſ. c.p. n.22. & 23. c.2. n.10. Iſa. c. 54. n.16. & 17. c. 60. n. 12. Ier. c. 6. n. 30. Io. c.5. n.22. & 27. Apoſt. propterea p. ad Cor. c.* 11. *n.* 3. dicit: Quod ſicut *caput Chriſti, ipſe eſt Deus,* quia vnitatis, ac formalitatis illius eſt principium, & caput, & in illius ſuppoſito ſpiritus principalis omnia in ipſo operans *Apoſt. 2. ad Cor. c.5. n.19. Io. c.5. n.20. 26. c.14. n.10.*

Sic *noui noſtri hominis caput eſt Chriſtus*, quia formalitatis, ac vnitatis illius eſt principium, & caput, ac in ſuppoſito illius ſpiritus principalis, quem intra nos portamus, & per eum operamur, vel magis ipſe portat nos, & operatur in nobis *Apoſt p. ad Cor. c.6. n.20. ſecunda ad eoſdem c.13. n.5. ad Gal. c.2. n.20. Io. d. c. 14. n.11. & 12. c. 15. n.* 4. Propterea Propheta *Pſal. 50. n.13. &* 14. ad eruditionem noſtram tamquam in perſona propria Deum deprecatur, vt ad hunc de nobis nouum formandum hominem illius in nobis dignetur *infundere ſpiritum principalem*, ideſt principem, in nobis locum tamquam forma tenentem, & illum à nobis auferre nunquam, ne noſtra diſſoluatur formalitas, quia, vt dictum eſt, illo in nobis vel non dato, vel ſublato eiuſmodi ſicut nullo

modo

Digitized by Google

modo eſſe poſſumus, eius ſic ſine præuio motu à nobis ipſis quidquam, eius quæ ſunt propria, agamus, impoſſibile eſt *Io. d. c.* 15. *n.*5. *Apoſt. p. ad Cor. c.*12. *n.*3. *&* 11. *Iſa. c.* 26. *n.* 12. In hoc propterea noui noſtri hominis eſſe formale *nos palmitibus, ſe ipſum Viti aſſimilat, quia palmes ſicut à vite ſi ſegregatus fuerit inutilis, & mortuus iacet, & ad nihilum valet vltra, niſi vt areſcat, eum in ignẽ mittant, & ardeat*; viti ſic ſi iniunctus manſerit, ex nullo alio poterit fructificare humore, quam ex eo, quem ab ipſa traxerit vite, quia non ipſe, *ſed Vitis, à qua ipſe pendet, radicem portat. Apoſt. ad Rom. c.*11. *n.*18. *Io. d. c.*5. *n.*5. *&* 6. Sic & nos in hac nouitate vitę, eam vt verè viuamus, ea tantumodo opera, quæ à Deo nobis operanda præparata, & à Chriſto ſubminiſtrata fuerint, operemur oportet, quia in huiuſmodi formato nos non illius forma, ſed materia ſumus, quæ Chriſto noſtræ tamquam formæ in hoc ſit ſubiecta homine ipſa poſtulat ratio *Pſal.* 61. *n.*2. 3. *et* 6. nã in nullo compoſiti formato ea, ex quibus conſtat, principia, in vnam etſi copulentur hypoſtaſis vnitatem, permutantur, non enim materia in formam, nec forma in materiam tranſit, neq; vnius, in alterius tranſmutatur naturam, ſed benè, formæ quæ naturalia ſunt, ipſi, dum in vnitate manent participantur materiæ, particeps autem qui fit, non propria ſibi vendicat auctoritate, proprio vel aſſumit arbitrio ea, quæ ſibi communicata ſunt, ſed illa ab ſibi ea communicante recipiat, neceſſe eſt, ex quibus Pelagianam falſam conſpicimus eſſe doctrinam omnia proprio tribuentem arbitrio.

E contra verò ſi noui huius noſtri hominis plaſmatio ipſa eſt diuinæ, adoptio filiationis: Adoptio autem fieri nequeat, niſi prius in ea, pater qui futurus eſt, eius præuia voluntatis deliberatione eum, quem filium ſibi futurum eſſe velit, elegerit, & ad ipſam aduocauerit filiationis adoptionem, nam ſicut natura fieri non poteſt, quod quis prius naturalis ſit filius, à naturali quam patre conceptus, ac genitus fuerit, in ipſa ſic adoptione, ipſam *quæ in omnibus naturam imitatur l. pater fam. §. in arrogationibus ff. de adop.* fieri non poteſt, quod quis prius adoptiuus ſit filius, quam à Patre adoptare volente in filium fuerit electus, & ad ipſam adoptionem aduocatus, Dominus propterea noſter Ieſus Chriſtus de huiuſmodi verba faciens adoptione *Io. c.* 15. *n.* 16. ait: *Non vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos, & poſui vos, vt eatis, & fructum afferatis*, nam ad huiuſmodi ſi adoptiuam filiationem *Domini eſt*

Digitized by Google

verè aßumptio noſtra Pſal. 88. *n.* 19. ſecundum propoſitũ voluntatis illius ad eam aduocati, & geniti ſimus oportet, *voluntariè enim genuit nos verbo veritatis Apoſt. ad Eph. c. p. n.* 5. *&* 11. *Iac. c. p. n.* 18. Ad eam verò poſtquam aduocati fuerimus, in eamdem, & nos conſenſum præſtemus filiationem, filialemq; ſubiectionem, ipſa poſtulat ratio, quia *adoptio cum parte ex vtraq; ſit voluntaria l.* 2. *in princip. & l. in adoptionibus ff. de adop.* ad ipſam qui aduocatus fuerit filiationem, ſi recuſauerit eſſe filius, cogatur, ipſa adoptionis vetat natura: iuſtorum propterea, quorum prædicta dicitur eſſe adoptio, indoles, & ſimilitudo *ipſa dicitur eſſe dilectio, et obedientia Eccl. d. c.* 3. *n. p.* quarum vtraq; noſtræ eſt proceſſiuus, & liber voluntatis actus in ipſo paternæ voluntatis adimplemento conſiſtens *Io. c.* 14. *n.* 21. *et* 23 *et eiuſdem p. c.* 3. *n.* 18. Propterea Dominus noſter Ieſus Chriſtus *Mat. c.* 12. *n.* 50. *dicit: Quod eius frater, et ſoror eſt, et eße dicitur, eiuſqui facit voluntatẽ*, eius autem ſi frater, & ſoror eſt, Dei etiam filius ſit, conſequens eſt *Apoſt. ad Rom. c.* 8. *n.* 29. Diuinæ autem quod operatio voluntatis non coacta, ſed voluntaria ſit ex ipſo manifeſtè patet exemplo à Domino noſtro Ieſu Chriſto propoſito. *Mat. c.* 21. *n.* 28. 29. 30. *et* 31. de duobus adoptiuis æterni Patris filijs ab eo ire iuſſis ad operandum in eius vineam, quæ eius eſt Eccleſia, *cui alter reſpondens ait: Nolo ire poſtea pænitentia ductus iuit, et operatus eſt: Alter vero dixit: eo, et non iuit*, & conſequenter non operatus eſt, ab ijs ergo ſi pręſtanda opera pro eorum libero poſſunt recuſari beneplacito, ea non coactè, ſed liberè perſoluant, & agant neceſſe eſt, vt ex infinitis etiam alijs ſcripturæ ſacræ locis manifeſtiſſimè patet, & pręſertim *Prou. c. p. n.* 23. *et ſeq. Iſa. c.* 48. *n.* 18. *c.* 65. *n.* 12. *c.* 66. *n.* 4. *Ier. c.* 7. *n.* 13.

Sicut ergo noſtri noui hominis eſſe formale ipſa eſt ſpiritus Chriſti in nobis, vti voluntarij noſtri eſſendi, & agendi principij, & formæ, noſtriq; in eo vti voluntariæ illi adhærentis materiæ mutua permanſio *Io. d. c.* 15. *n.* 4. *et* 5. *Apoſt. ad Rom. d. c.* 8. *n.* 9. 10. *P. ad Cor. c.* 2. *n.* 16. *c.* 3. *n.* 16. *c.* 6. *n.* 16. *et* 17. *Sap. c.* 7. *n.* 27. *c.* 8. *n.* 7. 18. *c.* 9. *n.* 10. 11. 17. *et* 18. *c.* 10. *n.* 10. *et* 16. *c.* 24. *n.* 11. 25. 37. 44. 47. *et ſuperius citatis alijs ſcripturæ innumerabilibus locis*. Formatum autem cum nullum ſua inuitum extet, viuat, & agat forma, eo quod ſic eſſe, viuere, & agere ſuæ ſummum ſit formalitatis bonum, quod viuentia omnia, quatenus eiuſmodi

ſunt,

Digitized by Google

ſunt, non coacta, ſed libentia appetunt, deſiderant, & ad id ſua ſponte feruntur, hinc ſectæ ſimiliter illorum falſa detegitur opinio aſſerentium, quod ad huiuſmodi agendas operationes coacti, ac noſtram aduerſus liberam arbitrij rapiamur libertatem, & cõſequenter, quod ad ea operanda liberum noſtrum non concurrat arbitrium, quia ſi contra mortem, quæ vitæ, & actui illius eſt ex aduerſo contraria *Eccl. c. 33. n. 15.* vt viuat, moueatur, & agat, nititur omne viuens, & vitamet ipſemet eſt viuentis actus non coactè, ſed libens viuat, & agat, conſequens eſt. Interna .n. ſi principia, ex quibus quodlibet formatur viuens ſe ſe inuicem amicabiliter complectuntur, vt in vnũ transferantur viuens, vt actualiter moueatur, operetur, & viuat, cur in illud ſympathicè tranſlatum coactè moueri, operari, & viuere dicetur? Quid .n. viuenti carius eſſe poteſt, ipſa quam vita? Nobis ideo ſi laborandum, fugiendum, natandum, vel quid aliud faciendum, vt viuamus, vel conſeruemur in hac formalitate vitæ, ad omnia hæc non coacta, ſed ſua ſponte concurrunt noſtra omnia corporis membra, licet vti obediens materia noſtro ſubiaceant ſpiritui *Gen. c. 4. n. 7. Apoſt. p. ad Cor. c. 12. n. 26.* quia *nullum in ipſis ſchiſma, vel aduerſantia datur, ſed pro ſe ſe inuicem ſunt ſibi ſolicita Apoſt. p. ad Cor. c. 12. n. 25.*

Nam & D. N. Ieſus Chriſtus etſi, vt diuinam Patris non impleret voluntatem, dari non poſſet, quia, etſi verus eſſet homo, verus etiam & Deus erat *Io. c. p. n. p. et 14. c. 8. n. 24. 25. 27. 28. et 54. c. 10. n. 36. 37. & 38. Iſa. c. 45. n. 14. & 15.* Non propter hoc tamen ſequitur, ſequiuè poteſt, quod eius humana voluntas diuinam patris implendo voluntatem eam coactè impleret, ſed libens humanam ſuam diuinæ Patris voluntati ſupponendo voluntatem ſemper voluntariè impleuit *Io. c. 5. n. 30. c. 6. n. 38. c. 8. n. 29. c. 10. n. 18. Mat. c. 26. n. 39. & 42. Mar. c. 14. n. 36. Luc. c. 20. n. 36. c. 24. n. 26. Iſa. c. 53. n. 7. & 10.* Si autem in eo, naturalis qui filius erat, res ita ſe habere manifeſtum eſt, in nobis id tantò clarius conſtare dicetur, non quod id re vera in nobis potius ſit, quam in eo, ſed quia noſtræ affinitate humanæ naturæ id nobis liquidius conſtare poteſt, quia non natura, ſed pura adoptione eius liberæ diuinę voluntati libera noſtra tantum adhæremus voluntate, cuius adhæſionis glutinum liber eſt contactus duarum voluntatum in ſe ſe mutuo permanentium, diuinæ videlicet tamquam

Digitized by Google

tate, & à cogitationibus; quæ ſunt ſine intellectu ſe aufert Sap. c.p. num.5.

Adoptio autem, cum ſola parte ex vtraq; libera contrahatur, & conſeruetur voluntate, ex parteq; Dei ſit illa perpetua, & immutabilis *Num. c.23. n.19. P.Reg. c.28. n. 17. 3. Reg. c. 22. n. 28. Iſa. c.46. n.10. Malach. c.3. n.6. Eccl. c.39. n.23. Prou. c.19. n.21.* Ex eius conſequenter parte ſemel contracta ſemper conſtans erit, ac in nullo deficiet, quia *Deus verax eſt, & fidelis in omnibus verbis ſuis, & ſanctus in omnibus operibus ſuis Pſal.85. n.15. Pſal.144. n.13. Iſa. c.49. n.7.*

Ex parte autem noſtra, cum noſtra ſit inconſtans, & variabilis *Num. d. c.23. n. 19. nos ideo etiamſi ei non crediderimus, ille tamen fidelis permanet Apoſt. 2. ad Tim. c.2. n. 13.* huiuſmodi ergo exitus filiationis reuelationem vſq; in finem expectemus, oportet, quia à nobis vſq; in finem variari poteſt *Apoſt. ad Rom. c. 8. n. 19. Mat. c.24. n.13.*

Qui igitur vti filius obediens voluntatē ſuam Dei voluntati vti patris ſubijciens re non ſuam, ſed illius vſq; in finem voluntariè fecerit voluntatem, hic etiam adoptiuus filius re, & nouus homo *reuelandus erit. Iſa. c.56. n.4. c.58. n.3. & 13. Ier. c.7. n.23. & 24. Apoſt. ad Rom. d. c.8. n.29. ad Eph. c.6. n.7 Mat. c.12. n 50. c.21. n.29. 30. & 31. Mar. c.3. n.35. Luc. c.8. n.21.* Sic autem, vt ſupra, vſq; in finem permanens in æternum ſic quoq; permanebit *Iſa. c.62. n.4. Prou. c.10. n.30. c.19. n.16. c.29. in fin. Eccleſ. c. 8. n.5. Io. p. c.2. n.17.*

Diuinæ autem iſtud implementum voluntatis dilectio dicitur, & obedientia, quæ filialis huius eſt indoles, & index vera filiationis. *Eccl. c. 3. n. p.* quam in Deum patrem noſtrum habeamus, oportet, quarum vtraq; in paternorum ipſius eſt repoſita obſeruantia præceptorum *Io. dd. c. 14. n. 21. & 23. & eiuſdem p. c. 2. n.5. c.3. n.7. 18. et 24. c.4. n.7. 8. & 16. 20. & 21. c.5. n.3. & ſecunda ad Electam n.6.*

Salomon propterea ſecundum datam ei à Deo ſapientiam nouum hunc noſtrum, prout in concreto eſt, cupiens definire hominem, per actum, per quem in huiuſmodi exurrecti viuimus, & conſeruamur animam in æternum viuentem, *quem à Domino erudimur ipſam diuinorum eſſe obſeruantiam præceptorum Io. c. 12. n.50. Prou. c.19. n. 16. Bar. c. 4. n. p. Mar. c. 10. n. 18. Luc. c. 18.*

n.18. *Mat. c.19. n. 17. cum ſic Eccl. d. c. 12. n. 13. definiit* dicens; *Deum time, & eius mandata ſerua: Hoc enim eſt omnis homo,* de quo, videlicet, noſter eſt ſermo, per huiuſmodi tamen nouitatis definitionem ab eo ſic, vt ſupra, traditam, à ſuperius in principio ſolùm data in nullo receditur, vbi dictum fuit, quod mutua eſt, & voluntaria ſpiritus Chriſti vti mouentis, & agentis potentiæ in ſpiritu noſtro: & ſpiritus noſtri vti motæ, & actæ materiæ in ſpiritu Chriſti perpetua permanſio, qua mutui amoris glutino ſimul adhærentes vnus huius tantum efficiuntur ſpiritus nouitatis *Io. d. c.15. n.4. & 5. Apoſt. ad Rom d.c.8. n.9. & 10. P. ad Cor. c.6. n.17. Deut. c.10. n. 15. P. Reg. c.18. n.p. Ier. c.23. n.11. Act. Apoſt. c.4. n. 32.* Quia per hanc, etſi interna intellectui noſtro tota definitæ repræſentetur rei quiditas; cum tamen per eam nullum nobis re ipſa manifeſtum fiat ſubiectum, in quo illa re vera inſit, cum nemo ſit, niſi ex ſpecialiſſima gratia, & ſub aliqua viſibili ſpecie qui viderit vnquam ſpiritum Dei ſuper aliquo morantem, & eum ad opera eius perficienda, agentem *Io. c. 14. n. 17. & 20. Sap. c. 9. n. 17. Iob c.23. n.8. & 9.*

Salomon propterea noſtræ intentus vtilitati, huiuſmodi qui re ipſa ſint, nobis demonſtrare volens ait: *Deum rè qui timet, & eius mandata ſeruat, is verè nouus homo eſt*, quia *Deum qui timet, & eius mandata ſeruat in ſpiritu Dei manet, & ſpiritus Dei viceuerſa manet in eo Io. p. c.3. n. 24.* quia ſicut impoſſibile eſt, quod potentia producens actus, non proprios, ac naturales ſuos, ſed alienæ actus producat potentiæ, ſic impoſſibile eſt, quod actus producti non ſuæ propriæ, ſed alienæ ſint proprij, ac naturales actus potentię, propterea ſicut impoſſibile eſt, quod à Spiritu Sancto maligni, ac corruptibiles procedant actus: ſic è contra impoſſibile eſt, quod à corruptibili carne, & à maligno ſpiritu fructus, & dona emergant Spiritus Sancti, vbi conſequenter fructus, & dona emerſerint Spiritus Sancti, ibi Spiritum Sanctum, vti illorum agentem potentiam illa ſic operantem adfuiſſe pro certo habere debemus, idcirco proceſſus fit informatiuus operum eorum, qui canonizandi ſunt, vt ſi illa huiuſmodi fuerint, pro filijs Dei, & Sancti habendi ſint: è contra verò vbi opera maligna, & corruptibilia emerſerint, ibi malignum ſpiritum vti agentem potentiam ad talia operanda agitantem adfuiſſe pro certo habere debemus *Sap. c. 2. n.25. Io. p. c. 3. n. 8. c.4. n. 6. & 3. ad Gaium n. 11.* quia *actus eius*

Digitized by Google

eſt index potentiæ, cuius ille eſt naturalis actus Apoſt. ad Gal. c. 5. n. 19. & ſeq. & n. 22. & ſeq. Io. c. 9. n. 30. & 33. c. 10. n. 21. 25. 37. & 38. c. 14. n. 10. Si ergo ex bonis, vel malis datis operibus quæ, & qualis ſit potentia illa producens, manifeſtè deducitur, *Mat. c. 7. n. 20. Luc. c. 6. n. 44. Iac. c. 3. n. 12. Reg. p. c. 24. n.* 14. conſequenter etiam *Deum qui timet, & eius mandata ſeruat, Spiritum Sanctum, quem dedit nobis Deus, in ipſo adeſſe, & alterum in altero permanere dignoſcimus Io. p. c. 3. n. 24. c. 4. n. 13.* iam ergo per ipſam potentiam producentem actum, quam per actum ab ea productum noſtra rectè definitur nouitas, propterea *Apoſt. 2. ad Cor. c. 13. n. 5.* ait: *Voſmet ipſos* (operibus videlicet Spiritus Sancti) *probate*, quoniam probatio ipſo fit experimento ab ipſo agentis potentiæ actu educto, *& cognoſcetis, quia ſpiritus Chriſti eſt in vobis, niſi reprobi eſtis*, quia reprobi in ſe ſpiritum Dei non habent, non habentes eius nec opera operari poterunt, ex quibus deduci queat Spiritum Sanctum in ipſis ad fuiſſe, vel adeſſe, quia ſicut a bona bona malos non poteſt facere fructus, ſic nec mala bonos, conſequenter etiam ex actu quæ, & qualis ſit agens potentia manifeſtè deducitur *Mat. d. c. 7. n. 20.*

Propterea Sancta Mater Eccleſia nos in huiuſmodi recipiens nouitatem amanter monet, vt actuali diuinorum præceptorum obſeruantia tales noſmet exterius exhibere curemus, quales eius miniſterio interius à Deo effecti ſumus, noſtræ vt fructum, & finem reportemus ſalutis, dicens: *Vis ad vitam ingredi: ſerua mandata*, quia hoc facere internæ eſt noſtræ index manifeſta agentis potentiæ, ideſt Spiritus Sancti ſua in nobis difundentis, & compartientis dona, & nouæ noſtræ actus vitæ, ac medium conſequendæ ſalutis. *Io. p. d. c. 3. n. 24. Mat. d. c. 19. n. 17. Apoſt. p. ad Cor. c. 12. n. 11.*

Si ergo certò ſcimus, vt ex præallegatis ſacrarum ſcripturarum auctoritatibus manifeſtè patet, quod in hac noſtræ præclariſſima nouitatis formalitate Deum intra nos portamus, nos iuſta, & ſancta facere docentem, opereq; ea nos complere amanter monentem, ſuauiter diſponentem, imbecillitatibus noſtris ſubuenientem, in viaquè, qua ad ſummam poſſumus peruenire felicitatem, nos dirigentem, ducentem, coadiuuantem, ſociumq; noſtrũ nobis ſe exhibentem, vt tandem ſe nobis videndũ præbeat, quem, & qualem hęc noſtra, in qua immerſi ſumus, videre nunc prohibet

Digitized by Google

caro, vt ſui nos Regni immenſæ felicitatis, & gloriæ participes efficiat, ſi ita vltra nobis quid facere potuit, quod non fecerit? *Iſa. c.5. n.4.*

Hæc autem ſi ſcimus, noſtrum quis erit tam delirus, ſeu potius in ſe ipſum tam crudelis, & barbarus, vt & Deum ſummum ſuum derelinquat bonum: æternam illam, ad quam nos elegit Deus, ſpernat, & proijciat felicitatem; præclariſſimam hanc noui noſtri hominis deſtruat, & deturpet formalitatem, & ad miſerrimam illam reuertatur humanæ animalitatis exiguitatem, ſeq; diabolo mancipet volenti, quod ex parte qui ſua ſunt, ſe imitentur *Sap. c. 2. n. 25.* cum ignorare nemo poſſit, quod ipſe primos noſtros deceperit parentes, quodq; totius noſtri humani generis fuerit excidij cauſa *Gen. c. 3. n. 4. 5. & 6.*

Inuidus, malignus, deceptor, interfector ad diſperdendum, omni crudelior creatura, quærens ſemper quem deuoret, laceſcat, torqueat, cædat, & flagellet *Iſa. c. 54. n. 16. Io. c. 8. n. 44. Iob c. 41. n. 15. Pſal. 79. n. 14. Ier. c. 4. n. 7. Pet. p. c. 5. n. 8. & 9. Mat. c. 8. n. 28. Mar. c. 5. n. 5. Luc. c. 8. n. 27. & 29.* cuius maior in amicos, & ſectatores ſuos gratia, & remuneratio eſt, vt eos in profundum demergat inferni intra æternas deuorantes flammas. *Iſa. c. 14. n. 14. 20. c. 33. n. 14.*

Qua ergo ſpe, vel mercede tanta quis proijcit bona, & tot ſe voluntariè ſubijcit malis? pro leui quidem, momentaneaq; mundanæ eſca voluptatis, in qua tamen mortiferum non ignoramus latere venenum, & in illa abſconditum eſſe hamum, quo veluti piſces capimur, vt à centro aquarum æternæ vitæ extractos, in æternas proijciat ſartagines in æternum æterno torrendos igne *Eccleſ. c. 9 n. 12.*

Certè, ſi quis ſæculi huius lapides, quos pretioſos appellamus, malleo confringeret, ſaculoſq; auri, vel argenti in mare proijceret, quæ tandem ſunt & leuis fumus, & vmbra tranſiens, ab hominibus vtiq; veluti furens in amentium detruſus ergaſtulum catenis vinciretur. Coronam verò, qui immortalitatis, & gloriæ ſic, vt ſupra, pedibus conculcant, veramq; ſapientiam, probitatem, honeſtatem, & vitam contemnunt, nouamq; Dei creaturam deſtruunt, ac in tot ſe mala demergunt, omnium ferè exiſtimentur voto felices, probi, & humanæ ducendæ exemplaria vitæ, hoc nobis vtiq; ſumma ſemper in admiratione fuit, vnde ne humanæ

id

Digitized by Google

 229

id aſcriberemus impietati, ingratitudini, vel infidelitati, noſtræ potius inaduertentiæ in conſiderando, quid ſimus, ac eſſe debeamus, tribuendum eſſe exiſtimauimus, propterea ad hæc exaranda manum admouimus, vt ex eorum veritate, quantum in nobis eſſet, ſaluti eorum, quos iſta, ſi qui ſunt, adhuc laterent; cæterum Deum, omnia qui poteſt, humiliter deprecamur, vt ad ea, quæ ex nobis deſunt, pro ſua ſuppleat, & perficiat pietate, & gratia, vt Maieſtati ſuæ maior gloria reddatur, cui laus & gratiarum actio in æternum, & in ſæcula ſæculorum Amen.

LAVS DEO.

Digitized by Google

In hoc Tractatu de Noui noſtri Hominis formalitate, quem à Perilluſtri D. Dominico Tuſcho ſapientiſſimis rationibus, ac multiplici ſacrarum ſcripturarum eruditione contextum, concinnatumq; admirabundus vidi, ac legi; ſicuti nihil omninò reperi litura dignum, quod Catholicæ Fidei dogmatibus, aut Chriſtianis moribus aduerſetur; ita quamplurima ſuſpexi, quæ ad eiuſdem orthodoxæ religionis ſplendorem commendandum, ad animos fidelium componendos, & ad vitia expurganda maximè conducent. Cenſui idcircò typis mandari poſſe.

Ego D. Carolus Goranus ex Cler. Reg. S. Pauli Barnabita Metrop. Bon. Pænit. pro Eminentiſs. Card. Boncompag. Archiep. & Principe.

Ex ſpeciali mandato Reuerendiſſimi P. Inquiſitoris Bononiæ opuſculum Perilluſtris Domini Dominici Tuſchi accuratè perlegi, Vbi de Noui noſtri Hominis formalitate agitur, in quo non modo nihil ſacris litteris repugnans inueni, verum etiam vndequaque mirabili ordine æternas veritates promanantes, ac ſolidiſſimam Catholicæ pietatis doctrinam, acutiſſimis rationum electarum ſtimulis ad beatiſſimam patriam humanas perurgentem mentes reexcitatam ſum demiratus; quapropter opus typis digniſſimum reor.

Fr. Honorius ab Aſſumptione Carmelita Excalceatus Phyloſoph. Lector in noſtro Collegio Bon.

Imprimatur.

Fr. Paulus Hieronymus Giacconus de Gartexio Sacræ Theologiæ Magiſt. & Vicar. Gener. S. Offic. Bonon.

Digitized by Google

Notabiliora Errata.	*Correcta.*
Pag. 7. lin. 25. *viuimns.*	*viuimus*
Pag. 8. lin. 20. valeremos	valeremus
Pag. 18. lin. 6. quam	qua
Pag. ibid. lin. 7. receptam	recepta
Pag. 22. lin. 35. vnnm	vnum
Pag. 27. lin. 16. propinquis	propinquius
Pag. 29. lin. 19. *nam*	*niſi*
Pag. 31. lin. 1. carnem	carneam
Pag. ibid. lin. ibid. translata	translatus
Pag. ibid. lin. 30. nouam	nouum
Pag. 53. lin. 21. filiationes	filiatione
Pag. 64. lin. 32. *eins*	*eius*
Pag. ibid. lin. 37. *manu*	*manus*

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google